Item, q; Rector dictæ Terræ, quolibet anno in festo gloriosæ Virginis beatæ Catherinæ unā cum numero Concilii generalis dictæ Terræ unciolo iuramenti, ire teneatur, ac debeat ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Tarusiano, ubi festum dictæ Virginis celebratur, & secum portare, seu portari facere expensis Communis unum cereum valoris decem solidorum. Et Rector prædicta omnia faciat obseruari unciolo iuramenti.

De celebratione, & cultu Protectoris nostri, & Aduocati, Sancti Theodori, seu Thoſſani, Sanctæ Mariæ Misericordiæ, & Sanctæ Mariæ Puritatis. Rubrica. V.

VT Intercessionibus precibus, ac beatitudine Protectoris, & Aduocati nostri Sancti Theodori seu Tholani, ac deuotione beatissimæ Mariæ de Misericordia, & puritatis, tempestates grandines, pestes, & alia flagella in personis, fructibus, & rebus hominum personarū, & habitantium Terræ Sancti Iusti, & eius Territorii, non affligantur, sed multiplicentur, & benedicantur, statuimus, & ordinamus, ut Magnificus Dominus Priores, qui pro tempore fuerint, per decem dies ad minus ante celebrationem dictarum festiuitatum, celebrare faciant Concilium Credentiæ, & generale, & hoc proponere debeant quomodo deuotè, & honorificè Populus Terræ Sancti Iusti, dictas festiuitates, & quamlibet ipsarum celebrare, venerari, & colere debeant: & quicquid in dictis Concilijs deliberatum, & canonicè obtentum fuerit obseruetur, & exequtioni mandetur. Quod si Mag. Domini Priores non fecerint, aut facere neglexerint, ipso facto incurrāt pœnam decem lib. den. nostro Communi applicandarum, Addentesq; q. anno quolibet, & annuatim, ad Ecclesias prædictas in eorū festiuitatibus processionaliter accedatur, & in qualibet dictarū festiuitatū, & solennitatū offeratur cereus unius libræ, & obseruetur inuiolabiliter.

De subuentione Hospitalitatis, & manutentione facienda, & indagatione de Hospitali. Rubrica. VI.

FIAT Singulis annis hospitali pauperum, præsenti, vel alijs in posterū faciendis in dicta Terra, pia elemosinari erogatio per Cōe, in subsidium laborerii, & in subsistentiā pauperū, put utilius dictis Cōsalenorio, & Prioribus visum fuerit expedire, de lib. v. den pro qolibet hospitali, & quolibet anno, quod factū fuerit, uel fieri cōtigerit in Terra Sancti

Sancti Iusti, uel eius districtu. Præterea unusquisq; D. Potestas saltem semel in tempore sui officij, unā cū DD. Consalenorio, & Prioribus, indagare teneatur de hospitalibus pauperum de Sancto Iusto, qualiter, & quomodo gubernentur, & operam dare pro manuté tione, & augumento dictorum hospitalium, ad opera pietatis, ut eis DD. Potestati, Consalenorio, & Prioribus usum fuerit, sub unculo iuramenti.

De uisitatione Ecclesiastica simul facienda per DD. Potestatem, Consalenorium, Priores, Cancellarij, Vicarium, & Camerarium Cōmunis S. Iusti. Rub. VII.

QVIA Regentium cor in manu Dei esse debet, ac omne bonum iudicium de uultu Diuino procedere nosciturin cuncti Communis Regimina, que debent esse speculum iubdittorū, ut dicit D. Potestas, uel eius Vicarius, Consalenorius, Priores, uel maior pars ipsorum, Medicus Phyſicus, literati ludi Magister, Cancellarius, Chyrurgus, Camerarius, & quicunq; a Communae salariati, singulis diebus Paschalibus solennibus, Dominicalibus, ac festiuitatibus eis quorum uocabulis Ecclesiæ reperiuntur, & coluntur apud Terram, & districtum Terræ S. Iusti, uisitent simul Basilicas ipsorum festorum: & in Paschalibus, & Dominicalibus Ecclesiam, siue plebem S. Iusti, aut aliquam aliam Ecclesiam, prout ipsis DD. Potestate, Consalenorio, & Prioribus uidebitur, & placebit: & ibidem solennibus Missis pariter interesse noueritis, astricti unciolo iuramenti, & pœna centum sol. d. n. pro quolibet ipsorum contrafaciente, & qualibet uice, nisi iusta, & euidenti causa fuerint impediti, uel causis necessarijs, aut ualde utiliter imminentibus. Quę quidem causa im pediendi, uel causis in D. Potestatis, & Consalenorij arbitrio, & discretione, sub eorum unciolo iuramenti, consistat. Addituri insuper, q. in diebus processionalibus, uel cum Clero, & populo, cum ipsis processionibus teneantur accedere, & quibus diebus quandiu ipsę processiones durauerint, nulla tenua, seu porta Communis teneatur aperta.

De reuerentia, fidelitate, & obedientia erga Sanctam Matrem Romanam Ecclesiam, Sanctissimos Pontifices, ac suos officiales. Rub. VIII.

ROMANAM Ecclesiam Sacrosanctam, nemo sani sensus incredulus sit, esse caput, & matrem cunctarum Dei Ecclesiarum, & uniuersi terrarum orbis sanctissimā antistitem, eius Christianorum Dei omnium fore caput, & matrem perlegandi, & absoluendi potestatem omnia Dei loco uniuersaliter potentem in terris; cæteris nempe sæculi Regibus, Ducibus, & Principibus, dunt axat inferiora inter Angelos sat Regem, temporali ter tamen moderari ualentib us, quidem Ciuitates, nō Prouincias nisi ipsas Ecclesię & loca, incolęq; ipsarum afsidue, tam summi Regiminis fulgore fulciri obedientiam, subiectionem, & reuerentiam sui Regis, libenti cultura debeant custodire, per quam eternę etiam fulgedet promerenti salutifera patet adeptio. Hinc merito strictius ordinare compellimur, ut de cætero in perpetuum nostra Terra S. Iusti, eiusq; Regimina, homines, uniuersitas, & Commune, cum districtualibus, & subditis, quibus sibi fuis total bus iuribus, & operationibus exequantur, & per omnia seruent, & operentur omnimodam fidelitatem, obedientiam, subiectionem, & reuerentiam iam dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sanctissimorum Pontificum, Rectorum, & officialium eiusdem, Constitutiones, præcepta, iussa monita eorundem, tām in spiritualibus, q. in temporalibus integraliter, ac diligenter obseruantes ita ut omni fictione, tergiuersatione, & intermissione cessantibus, prædicta Terra, Regimina homines, uniuersitas, & Cōmune districtuales, & subditi sui in uerissima subiectione, & fidelitate ipsi Sacrosanctæ Ecclesiæ infinitę perstant, sub pœna in ipsarum Constitutionum, Sacrorumq; Canonum, atq; legum dogmate instituris, & alijs ipsorum Constitutum, Pastorum, Rectorum, & officialium, ac ipsorum cuiuslibet, & maxime Reuerēdissimi, & illustris, Gubernatoris Prouinciæ Marchiæ Anconitanę moderamine affligentis.

Hoc insuper addito, ut singuli ad quoduis Communis opus, uel officium per Commune assumendum, ante omnia dictam fidelitatem, & obedientiam iurare teneantur.

De electione facienda de D. Potestate, seu Rectore Terræ Sancti Iusti, & arbi trio ipsum eligentium. Rub. IX.

NON Naturæ uitio, sed hominum deformitate procedit, q. necessarii in terris sint Rectores, Ideò hac in perpetuum ualitura sanctione firmiter ordinamus, & sancimus, q. per tres menses ante finem officii cuiuslibet D. Potestatis dictę Terræ, tractari de beat, & proponi in Cœtio generali, per DD. Potestarem, Consalonerium, & Priores, qui pro tempore erunt, de noua electione Potestatis, Qua proposita facta, statim Potestas re cedere debeat de dicto Concilio, & in ipso Concilio detur ordo, & modus, quomodo, & per quos fieri debeat ipsa noua electio, de uno, uel pluribus eligendis successiue, in defectu non acceptantium. Adiicientes, q. hi, qui deputati fuerint à dicto Concilio ad dictam ele ctionem faciendam, habeant, & habere intelligantur plenum, & liberum arbitrium in om nibus concernentibus electionem Potestatis. Debeant q. iurare dicti deputati, antè di ctam electionè faciant, ipsam electionem bene, diligèter, sine fraude aliqua, odio, uel amo re, timore, precio, prece, omnigi alia humana gratia remotis: facere de uno, uel pluribus ui ris prudentibus, & probis, bonę conditionis, uitæ, & famæ amatoribus, & fidelibus status Sanctæ Matris Ecclesię Romanę, & Communis prædicti, Et quicquid factum, gestum, & electum fuerit per dictos deputatos, plenam obtineat firmitatem.

De iuramento, & officio D. Potestatis, seu Rectoris Terræ S. Iusti. Rub. X.

IVRIS IVRANDI Religio, pro nexu Diuini timoris per nostrum D. Potesta tem, seu Rectorem electum, post solennem inuocationem Dei, & Sanctorum, & post præambulum laudis, & honoris eiusdem, atq; Sanctæ Ecclesię Romanę, & Summi Pontificis, Domi norum Cardinalium, Legati, ac etiam Rectoris Prouinciæ Marchiæ Anconitanę, sub hac forma fiat, uidelicet q. ipse D. Potestas est, & erit pacifcus cõmunicator Sanctæ Fidei Christianæ, nec non subiectus, fidelis, & amator Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ. Sanctissimorum, Pontificum Pastorum, & Cardinalium, & maxime Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pii, Diuina prouidentia Papæ Quinti, & eius in posterum canonicè succedentis, ac eius Legati, & Apostolicę Sedis omnium q. Rectorum, & officialium pro ipsa Ecclesia in Italiæ partibus, & maxime in Prouincia Marchiæ Anconitanæ, ad Regimen præsidentium. Et q. toto tempore sui futuri Regiminis, cuncta ad bonum statum, & honorem ipsorum spectãta, per omnem sui possibilitatem, fideliter exequetur, nec eis modo aliquo adoersabitur, aut patietur aliquos aduersari, quin imo Terram ipsam Sancti Iusti, eiusq; uniuersitatem, homines, & Communem, in fidelitate, & obedientia eorundem, constituet, & per omnia conseruabit, iuxta suum posse. Item Terram ipsam in suis priuilegiis, iuribus, & dignitatibus manutenebit, & augumentabit pro posse, & eius fortias, & districtus, sub ipsa Terra, & in honorem ipsius iuxta uires suas augmentabit, & diminui nullatenus patietur. Et se secundum puram conscientiam in suo futuro officio, & Regimine dictæ Terræ, & in administratione sibi commissi officii utilem, & solertem operam, fideliter præstaturum, & præstiturum in omnibus exercendo, malefica, & delicta correndo, causasq; ciuiles, & criminales, debitis iuris pœnis, regulis, & metis, secundum iustitiam pertractando examinãdo, & decidendo, iuxta formam statutorum, & ordinamentorum dictæ nostræ Terræ, suo tempore legitimè uigentium. Et q. ipsa talia statuta, prout melius poterit, obseruabit nec transgredietur formam generalium Constitutionum Sanctę Matris Ecclesię sed ipsas potius seruare curabit, in quantum ipsius officium, & iurisdictio concernunt, & ubi statuta, & ordinamenta Communis deficerent,

deficerent, procedet, & procedere faciet in sua Curia de similibus ad similia aliorum nostrorum statutorum rite, & lecũdum formam Constitutionum factarum, & approbatarum; & ubi talis similitudo deficeret, tunc secundum bonam, antiquam, probabilem, ac laudabilem Ecclesiæ congruentem consuetudinem statuet, & decernet, Qua etiam deficiente in casibus per generales Constitutiones propriè, uel similitudinariè non decisis, recurret ad decessorum, decidendum, & terminandum secundum iura communia. Sectas, iuras, ligas, conuenticulas sub suo Regimine fieri, uel uigere nullatenus patietur, sed ipsas potius extirpabit, & confundere procurabit, nisi quatenus uires sibi præstare omnem fidelitatem tenderent, & uenirent ad honorem, & bonum statum Sanctæ Matris Rę cęs Ecclesiæ. Garras, diuisiones, & contrarietates, æmulationes, & etiam inimicitias subditorum ibi orti, & amplari non permittet, imò sedari, & pacificari dabit operam efficacem, per inductiones, coactiones, & persuasiones, per ipsi nuncationem Dominorum Priorum, & Communis dictæ Terræ, & alia remedia utilia, & oportuna. Et q. præpositas, & deliberationes, & expensas Communis prædicti damnosas, & inutiles suo tempore non faciet, nec fieri permittet ullo modo. Vtiles uerò non aliter, q. secundum formam statutorum Communis prædicti exequetur, uel fieri patietur. Credentias dicti Communis tenendas tenebit, ac teneri faciet cum cautela temporales ad tempus, & perpetuas in perpetuum. Salario sibi pro se, ac suis officialibus, & familia constituto, & ordinato, ac consueto, uidelicet quadraginta florenorum ad rationem quadraginta bononenorum pro floreno quolibet in, & pro semestri tempore, & bononenis unginti ultra pro carta cera, & aramento, stabit tactus, & contentus, nec super lucrum, aut augumentum aliquod per se, uel interpositam personam, gretn, for mam nostrorum statutorum, ullo modo, aut quæsito colore habere, uel obtinere procurabit, imò potius ab omni extorsione, uenalitate, & simonia pœnitus abstinebit. Item q. suos officiales bonos, legales, & expertos sine ulla fictione conducet, & tenebit, aut saltem de cætero ad exercitium dicti sui officii in suis fumptibus, & expensis conducere, & habere curabit, uidelicet duos bonos, & expertos Notarios, quorum unum in principio sui officii deputabit ad ciuilia malefitia, & in casu deficientis Cancellarii, ad officium Cancellariæ, sine alia mercede, ultra salarium sibi datum, illue daodum à dicto Domino Potestate. Alterum uerò Notarium deputabit ad custodiam, & curam damnorum datorum, & extraordinariorum. Et insuper unum familiarem probum, & aptum ad arma portanda teneb it, Et q. ipse cum suis officialibus, & familiari personaliter semper stabit ad ipsorum officii exercendum, nec aliquis ipsorum se absentabit sine oportuna licentia, legitimq; primitus obtienda. Concilium aliquod, tàm generale, q. credentiæ tenere congregabit, neque congregari permittet absque expressa licentia consensu, & uoluntate Domi orum Consalonerii, & Priorum dictæ Terræ. Non receptabit, nec assumet aliquem Ducem, Comitem, Baronem, Nobilem, neque aliquam aliam personam, Collegium, uel uniuersitatem in dicta Terra Sancti Iusti, uel eius territorio, & districtu ad aliquod Dominum, officiũ, præterum, præmineniam, & dignitatem contra statum Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ, & huius nostræ Terræ. Tyrannidem aliquam, uel tyrannidis uersutiam, aut similitudinem, seu uestigia, aditum, mores, uel conuersationem in dicta Terra Sancti Iusti, uel eius districtu, & fortia inualere, uel insurgere nullo modo permittet, nec ullatenus patietur, imò toris uiribus potius le opponet, ut nemo preter Romanum Ecclesiam, & pro ipsa Pontifices, Patrones, Rectores, & officiales in dicto Communi uel super ipsos, aut super terrigenas, & habitantes, uel etiam districtuales, præeminitiam aliquam, uel maioritatem obtineat, uel modo aliquo, aut sub quouis quæsito colore consequatur, sed q. post Romanam Ecclesiam sola Regimina Communis prædictæ Terræ Sancti Iusti, pro ipsa Ecclesia deputata, maioritate, & præeminentia uigeant. Et q. bonus, & pacificus Cõs status in dicta Terra, & alijs suis locis, omni contrarietate depressa, uigeat, & perduret. Item q. sanctis Dei Ecclesiis, aliisq; religiosis, pijs, & miserabilibus locis, cuiuscũq; & personis ius, & iustitiam reddet, faciet, & administrabit, seu reddi, fieri, & administrari faciet, & omnibus peten

tibus per se,uel alium,seu alios coràm ipso D.Potestate,uel eius Curia,& maximè orfanis, pupillis,uiduis,& alis miserabilibus personis existet utique fauorabilis,& contra omnem iniquam opinionem ꝰcundus,Officium Dominorum Consilentium,& Priorum Communis dictæ Terræ conseruabit,& honorabit,& pro posse faciet ab eius subditis honorari,Socios,amicos,uicinos,& pacificos nostræ Terræ Sancti Iusti,ut plus poterit, cum honore Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ,& Communis nostri Sancti Iusti in bona pace, & amicitia conseruare curabit. Et in principio,& introitu eius officij præstandæ,ad perpetuam famam suæ personæ,Syndico dicti nostri Communis,& cum effectu tradet,& cõsignabit unum arcumbosium ualoris quatuor florenorum usualis monetæ,cum suis fulgimentis. Et finito,ac deposito dicto suo officio,stabit ad iyndicatum tribus diebus continuis coràm Syndicatoribus,deputandis secundum formam nostrorũ statutorum. Hęc omnia,& singula alia,quæ per formam iuris,statutorum,& ordinamentorum Communis dictæ Terræ Sancti Iusti,& generalium Constitutionum Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ,& secundum equitatem,& bonos mores exercenda erunt,in administratione sui officij,& eorum officialium facere,gerere,& exercere teneatur. Promittat idem D.Potestas ante ingressum sui Palatij,Cancellario ipsius Communis,uel alteri Notario ad hæc specialiter deputato,stipulanti,& recipienti pro Sancta Romana Ecclesia,& pro ipso Cõmuni Sancti Iusti,& ad Sancta Dei Euangelia,corporaliter manu tacto uolumine statutorũ ibidem præstentaliter iub sigillo magno nostri Communis sibi exhibendo,iuret obseruare,& exequirioni mandare quæcunq; bona statui,& honori Sanctæ Matris Rom. Ecclesiæ,& prædicti Communis Sancti Iusti clarueint expedire,ad mortem, confusionẽ, destructionem,& exterminium omnium uolentium contrarium prædictorum.

De iuramento,& officio Iudicis,seu Vicarii,Notarii,& familiaris D.Potestatis Terræ Sancti Iusti. Rub. XI.

IVDEX, Seu Vicarius D.Potestatis nostræ Terræ Sancti Iusti sit,& esse debeat,& intelligatur ordinarius Iudex nostri Communis,& etiam Vicarius,in omnibus,& per omnia ad officium Curię Domini Potestatis,& Iudicis spectantia seu pertinere debentia, tàm in absentia,ꝙm in præsentia D.Potestatis,absq; alia deputatione faciẽda:dummodo tamen sit officiorum expertus,atq; bonæ famæ. Qui,ac etiam alius Notarius dicte Curię, unà cum dicto Domino Potestate,iurent solennter,& iurando promittere teneantur,ꝙd cellario nostri Communis,uel alteri Notario ad hæc deputando,stipulanti,& recipienti pro Sancta Matre Romana Ecclesia,& pro Cõmune Sancti Iusti,se essẽ fideles,& amatores eiusdem Sanctæ Matris Ecclesiæ,& Communis Sancti Iusti,& honoris eorũdem, fideles,& promptos exequitores esse,. Item se esse diligentes,& solertes in eorum officii administratione,secundum iustitiam exercendi & iub pura & prouida conscientia,& matura deliberatione: de ciuilibus,& criminalibus iudicare,decernere,& terminare: & acta ciuilia,& criminalia scribere,ordinare,& publicare,omni corruptione,& ambitione remotis:debius iuridicis,debitis,& consuetis,quoties oportuerit iura reddi,nisi iusta,& euidenti causa impedimenti fuperenit. uel superuenerit, Inspec ꝙ. si nostra Cõmunitas non haberet Cancellarij uel si haberet absentem,uel aliter impeditum, ꝙ. ipse Vicarius absq; alio salario à nostro Cõmuni percipiendo,in omnibus,& per omnia suplear & exerceat, & gerat uices,officium,& officia spectans,& spectantia ad officium Cancellarię,secundum formam statutorum,& ordinamentorũ dictæ nostræ Terræ. Et Notarius custodiæ extraordinariorum,& damnorum datorum exercere scripturas,& acta ad suum officium pertinentia diligenter,legaliter,& fideliter exercebere,& redigere,ac publicare,absq; præmissione cuiuslibet uerit atis,& substantialitatis. Et ipse Notarius saltem bis in die personaliter ire per Turrim Sancti Iusti rimando contra excedentes,& illicita committentes, contra,uel præter formam iuris,& nostrorum statutorum,& ordinamentorum sub pœna centum

centum solidorum denariorum pro qualibet de dominicali,uel festiua,qua contrafecerit. Familiaris uerò cum ipsis officialibus ad prædicta accedere teneatur,& alia obsequia & seruitia,utilia,debita,& opportuna,exhibere & operari ad mandata officialium uinculo iuramenti,& pœna uiginti solidorum denariorum uice qualibet.

De electione,iuramento,& officio Cancellarii nostri Communis. Rub. XII.

STATVIMVS, Et ordinamus,inuiolabiliter obseruari, ut eligatur in eundem modum,& formam,quibus eligitur Potestas,unus bonus,legalis,& fidelis Notarius, & dictator,siue Cancellarius,cuius officium duret per annum, & ultra, prout placuerit generali Cœtio dictæ Terræ. Qui Cãcellarius moretur,seu habitet feorum à Potestate & officialibus,extra Palatium habitationis Potestatis. Cuius officio incumbere uolumus,ut rite,diligenter legaliter,& sollicite,in ordinato,& publico libro redigat,& regsitret omnia, & singula negocia Communis,seu spectantia ad Commune: cuiusmodi sunt propositæ,consultationes,arringæ, partita,deliberationes,reformationes,literæ,missiuæ, &responsiuæ,pacta,stipulationes,promissiones,electiones,deputationes,nominationes, scindicatus,procurationes,exemptiones,iuramenta officialium & eorum nostræ collectas,omnes,tàm impositas,ꝙ imponendas, scribere, & exigere si ei ordinatum fuerit: & omne quod exactum fuerit effectualiter cõsignare in continenti Camerario nostri Communis,pro ipso Communi recipienti ad omnem requisitionem Potestatis, Confalonerii, & Priorum nostræ Terræ. Nec non omnes, & singulas condemnationes cassare infra octo dies post solutionem ipsarum,uel gratiam habitam,& præstentatam sine quauis alia solutione,uel præmio,præter salarium suum. Item prouisiones,petitiones,introitus,prouentus,exitus,expensæ,rationes,& calcula,cum quantitatibus,ueris,debitis, & opportunis,& omnes alias,& singulas scripturas dicti Communis,utiles, & opportunas ad officium Cancellariatus de consuetudine,uel de iure,spectantes,& pertinentes,redigat,& conscribat, & alia quælibet agenda sui officij,uerbo,uel facto,uel scriptura,exerceat, agat,faciat,& teneatur executioni mandare,absq; alia ipse,uel expectatione, uel solutione salarij, uel mercedis, Nihilq; ob prædicta,uel aliquod prædictorum,in primis scripturis practicis præter generale salarium ordinatum ullatenus consequendo, uel etiam obtinendo. Pro secundis uerò scripturis ponit in præmium solutiones recipere insascriptas ab eo, pro quo,uel ad cuius instantiã,uel petitionem,ipsa secunda scriptura fuerit publicata,ꝙ. pro qualibet reformatione,siue deliberatione seu exemptione substantiali, & plena in publicam formam redacta,xx.sol. pro qualibet mostra publica duos solidos. pro qualibet scindicatu publico,& simili mandato,sol.xx. pro qualibet electione, uel deputatione eiusdem,uel iub.itorum Communis,sol.v. pro qualibet instrumento pactorum gabellæ, molendinorum,beccariorum,& similium,xxiii.sol. pro qualibet instrumẽto pactorum, pascuorum uenditorum,lib.duas den. V s.dum publicarentur pro alia priuata persona. Pro Communi uerò extrahendo,uel publicando,nihil posit recipere: pro qualibet alio instrumento pactorum,non excedentium quantitatem quinquaginta lib.den. solx. Ab inde uero supra pro qualibet centinario librarum,solidos sex V.usq;ad mille libras. Ab inde uero supra,quantęcunq; quantitatis fuerint,pacta posit percipere usq;ad duos florenos tantum. Item de scripturis extraordinariis accidentaliter occurrẽdis in charta papyri,uel altera pro secunda scriptura publicanda pro qualibet floreno,aut simili quantitate,accipiat tantum duos solidos. Pro qualibet uerò electione officialis forensis ad Pofestatem,Cancellariatum,uel pro Medico phyfico,& Præcepore,uel simili officio, pro secunda scriptura florenum unum. Pro qualibet charta secundæ scripturæ publicatæ de rationes,uel calculo pecuniarum Communis quantęcunq; quantitatis fuerint. Pro secunda scriptura quietationes posit recipere florenum unum, si quantitas fuerit magna usq; ad mille florenos, & abinde infra pro rata, sed abinde supra nihil ultra recipiat. Et q

habeat,&habere debeat à Communi prædicto pro salario, & mercede dicti sui officii,sin gulo mense,prout per Concilium generale ordinatum fuerit,& habitationem cõgruam. Teneaturq; dictus Cancellarius ad requisitionem Potestatis, Consulonerii,& Priorum, accedere ad quæcunq; loca pro ambasciatis,& alijs negocijs publicis dictæ Communitatis,pertractandis sine aliquo alio salario,& mercede,nisi q. debeat habere equitaturam,& expensas tantum. Item q. durante suo officio nunq; se absentabit à Terra Sancti Iusti, & eius districtu,absq; licentia expressa Dominorum Consulonerij,& Priorum dictę Terræ. Finitoq; ac deposito suo officio,stabit ad syndicatum tribus diebus ad reddendum ius,& rationem administrationis sui officii coram syndicatoribus deputandis per nostrum Commune, secundum formam statutorum nostræ Terræ. Quæ omnia,& singula in præsenti nostro ordinamento contenta, & alia ad suum officium spectantia, ipse incumbentia,& maximè,p. primo,& ante omnia,q. ipse erit fidelis,& amator Sanctæ Romanæ Ecclesiæ,& suorum pastorum,& officialium,& Communis Sancti Iusti,& q. erit honoris,& mandatorum eorundem promptus,& fidelis exequutor,ipse pro tempore in Cancellarium deputandus in principio sui officii teneatur,& debeat in publico,& generali Concilio dictæ Terræ prædicta omnia,& singula se obseruaturum,& ad impletarum,iurare sub hypotheca,& obligatione omnium luorum bonorum & sub pœna de eem lib. den. qua contrafecerit. Insuper dictus Cancellarius sit iudex appellationum secundarum causarum ciuilium,criminalium,damnorum datorum,&mistarum dictę Terræ,in omnibus,& per omnia.

De iurisdictione Potestatis,& officialium nostri Communis. Rub. XIII.

POTESTAS, Vel uice,seu loco eius fungens,ipsiusq; officiales: nec non Cancellarius nostri Communis,per Romanam Ecclesiam,aut ueró per Communitatem Sancti Iusti,siue etiam deputati,qui nunc sunt,& erunt pro tempore,& quilibet alter nostri Communis officialis,ut dictú est deputatus,aut in posterum deputandus : habeant,& ut uigore præsentis ordinamenti habere intelligátur plenam,& efficacem iurisdictionem in,de,& super his causis,actibus,& negocijs,ad quos,quas,& quæ fuerint deputati electi, siue etiam ordinati,per omnia,& singula,ad exercitium, & executionem iurisdictionis, & officij,necessaria,utilia,& opportuna : & maximè Potestas,& eius Vicarius in cognoscendo,procedendo,sententiando,deciendo,& exequutioni mandando,prefe,& eorum officialibus,famulum,& bailos,in,& super,& de omnibus,& singulis causis,iuibus,& quæstionibus ordinarii,& extraordinariis,ciuilibus,& criminalibus,& mistis,& alijs quibuscunq; eorum curiæ,seu determinationi,occurrentibus,& contingentibus,quandocunq; Et Vicarius in scribendo acta ciuilia,& criminalia,coram Potestate,uel ipsis,facta,& fiscienda : sint,& esse intelligantur legitimi,ueri,& ordinarij,pro Sancta Romana Ecclesia, & dicto Communi Sancti Iusti,iudices competentes ad omnes,& singulos actus exequendos,& expedicndos,fine quibus iurisdictio exerceri non potest, casibus notabiliter, grauioribus,& atrocioribus ab Ecclesia reseruatis,duntaxat exceptis. Similiq; modo officialis damnorum datorum in expectibus,ad suum officium extraordinarium,dam norum datorum,& custodiæ,& alij similes nostri officiales,in his,& super his, quæ ad eorum officia exequenda,generaliter,& specialiter pertinere noscuntur : siue ad quæ per nostrum regimen,& Commune deputati existerint,habeant,& in omnibus,& per omnia di chis modis intelligantur habere potestatis,& iurisdictionis largas habenas,& potestatem plenarium : adeo,ut ea omnia,& singula,quæ in prædictis circa prædicta,& quolibet prę dictorum rite,& secundum formam nostrorum statutorum,& ordinamentorú egerint, cognouerint,iudicauerint,consuluerint,& explicauerint,aut exequtioni mandauerint, per omnia plena ualeant,teneant,firma sint,& obseruari debeant,iure aliquo contrario non obstante,nec prætextu alicuius defectus iurisdictionis impugnari ualeant, neq; tolli dum tamen

dumtamen in impositione pœnarum excedere nequeant subterantiexas, metas, & formas, V. 3. in primis,ut inculpabiles reos,confessos, aut legitimè conuictos,& conuincendos,ubicunq; certa,ac determinata pœna competitur, in aliquo nostrorum ordinamentorum statuto : tunc illa pœna in casibus singulis,& non alia,statuatur. Alioquin secus imposita pœna : uel multa,non ualeat ullo modo,imo totus processus inde habitus,una cum sententia,ipso iure sit nullus,& quod defecerit in pœna ad damnum Communis officialis,illud imponens teneatur Communi reficere duplicatum : & reus nihilominus obnoxius pœnę statim persistat quoufq; illam esté damnatus persoluerit. Quod ueró superfluerit in pœna,uel multa : ultra formam,& debitam quátitatem impositam : ideft totum superfluum à se impositum,debeat officialis parti lædæ,de proprio ipsius officialis reddere dupplicatum. In casibus uero inobedientiarum non habentibus expresse,uel per similitudinem aliquam in ordinamentis, pœnam determinatam : siquidé urgore sui officii excrcendi in extraordinarius causis,uel negocijs in prædictis faciendis, aliqua fuerit multa,siue pœna imponéda,sub tali moderamine iudicetur, V. 3. q. Potestas,& Vicarius possint in eorum præcepsus singulis uicibus,& personis pœnam imponere, V. 3. Potestas in libris quinq; denariorum,& Vicarius usq; ad duas libras,prout conuenire,& expedire conspexerint,negocij,& personæ qualitate pensata,ita ut in minoribus modicas,& in me diocribus idoneas. In maioribus uero usq; in dictam quantitatem seueriores pro suo motu,& arbitrio, fui uinculo iuramenti statuat multas : Notarius uero extraordinariorum,& damnorum datorum,& custodię,in uiginti sol. den. Et simili modo Cæcellarius facere possit,& pœnam imponere usq; ad quadraginta sol. similibus modis,& considera tionibus obseruatis. In quibus autem multis,& pœnis possint inobedientes punire. Nec tamen contra eandem personam eadem die,& pro eodem negocio,uel eadem causa amplius quàm tribus uicibus statuere ualeát,& multare. In alius autè excefs bus non deter minatis,obseruetur immo pœnarum forma statuti : & ordinamenti, de hoc loquentis, positi infra in maleficiis in libro tertio.

De Salario Potestatis. & officialium per augmentum : uel usurpatiuas additiones non ampliando. Rub. XIIII.

QVEMADMODVM stipendiis propriis nemo cogitur militare : ita sibi conuenta mercede debet mercennarius esse contentus. Quapropter præsenti edicto duximus ordinandum, ut Potestas,Cancellarius, & quiuis alius nostri Communis officialis, depueato eis,seu etiam deputando : primæuo, & generali salario esse debeant taciti, & contenti absq; omni alia additione : uel augmentatione faciendą, & sine omni alia solutione : ex quauis causa, & lucri perceptione quęrenda, uel obtinenda perse : uel alteram personam : sub pœna quinquaginta librarum denariorum pro quo libet contrafaciente, & uicequalibet persolucnda. Nec aliqua persona de cetrigenis,uel officialibus dictę Terre Sancti Iusti, audeat ordinare, consentire : uel aliquam operam dare : uerbo : uel facto contra prædicta : sub pœna dupli eius quod additi : uel auctum, siue ampliatum, uel etiam persolutum : prędictis : uel ultra prędicta quoquomodo : & nihilominus in libris quinquaginta denariorum pro quolibet contrafaciente, & uicequa libet : partes ue pœnarum sibi permissas per ordinamenta nostra percipere. Quicquid autem in contrarium : aut plus : uel ultra,in prædictis deliberatum exstiterit, nullatenus ualeat,& seruetur.

Quod Potestas,Cancellarius, & cæteri officiales nostri Communis ueniant,morentur, & redeant eorum periculo, expensis, risco, & fortuna. Rub. XV.

INSVPER statuimus,declaramus, & ordinamus q. ipsi Potestas, Cancellarius, & alij officiales à nostro Commune conducti, & stipendiati : pro dictis eorum

salariis ordinatis · uel etiam ordinandis, teneantur ac debeant accedere ad eorum officia exercenda, morar', ac etiam scindicari: nec non cum eorum larcinis, equis, & rebus quo, & prout maluerit in fine redire. omnibus & singulis eorū, & cuiusq; ipsorum sumptibus, & expensis, & rifico, periculo, & fortuna: ita q; Commune S. Iusti eis, uel alteri eorū, præter q̄ ad deputata salaria ad nihil aliud teneri possit, eisdem occasione, cuiuscunq; periculi, expensæ, uel casus in eundo, stando, uel redeundo.

Quòd prædicti officiales teneantur personaliter, & non per substitutum, & de eis, & eorum familiaritis, mense quolibet monstram facere. Rub. XVI.

ITEM statuimus, & ordinamus, ut nemo ipsorum officialium possit seruire per substitutum, alium aut locumtenentem, nisi cum licentia Concilii generalis dicti Communis Sancti Iusti: sed magis per ipsos personaliter, & per debitum, & ordinatum. seu etiam ordinandum numerum officialium, famuli, & equi. De quibus autem mense quolibet monstram facere teneatur. ad requisitionem Consulonerii, & Priorum. cum rogatione Cancellarii, uel sui uicegerentis. Qui ralem monstram in suis libris apud Cancellariam semper redigere teneatur. sub pœna dictis Consulonerio, Prioribus, & Cancellario contrafacientibus, & non requirentibus dictam monstram effectualiter fieri, pro quolibet contrafaciente. & uice qualibet centum sol. den. In qua quidem monstra. & Potestas repertus esserit fine Vicario, punatur in lib. duodecim den. Si autem fine Notario damnorum datorum. in lib. octo den. puniatur. Si uerò fine familiari puniatur, et etna quatuor lib. den. & q. qualibet uice, qua dicta monstra facta fuerit; dictas pœnas uolumus incurrisse: Quas pœnas Consulonerius, & Priores teneantur uinculo iuramenti, & pœna decem librarum denariorum pro quolibet, exigi facere. retinendo de eius salario illius mensis, de quo punratus fuerit.

De pœna Potestatis officialium, & salariatorum absentantium se absq; licentia. Rubrica. XVII.

POTESTAS. uel aliquis suorum officialium, uel etiam quilibet alius officialis, uel conductus, & salariatus à Communi Sancti Iusti ad aliquod officium. seu misterium, artem. siue exercitium. siue sit Medicus. siue Magister grammaticæ, non possit, nec ualeat se absentare a Terra Sancti Iusti. & eius districtu. sine expressa licentia Dominorum Consulonerii. & Priorum, & Concilii Credentiæ, inter eos obtenta inter bussulas, & pallucias, pœna cuiusliber Consulonerii, & Priorum aliter dantium licentiam, quinquaginta sol. pro quolibet, & uice qualibet: & licentia aliter data non ualeat. nec teneat ullo modo: Et concessa ut supra licentia alicui ex supradictis officialibus ut supra. & stipendiatis à Communi. uolumus q. ultra tempus sibi in dicta licentia concessum. stare, uel permanere extra dictum districtum. aliquis non præsumat, nec debeat. Siquis contra fecerit in aliquo prædictorum casuum. si fuerit Potestas Terræ Sancti Iusti, pœna. xxv. lib. den. pro qualibet uice. qua contrafecerit, & qualiber die qua ultra dictam licentiam steterit. de facto incurrat: Si uero fuerit Vicarius, uel Medicus, uel Magister grammaticæ dicti Communis. pœna. x. lib. den. pro quolibet. & uice qualibet qua contrafecerit. & die qualibet, qua ultra dictam licentiam steterit, & de facto soluat. Si uerò alius salariatus fuerit. uel officialis. pœna. xl. sol. modo prædicto soluatur. quas pœnas per eorum scindicatores exigi uolumus. & stabilimus. Si uerò dictus Potestas se absentauerit à dicta Terra. & eius districtu. sine expressa licentia antedicta: incurrat pœnam quinquaginta lib. den. & si pernoctauerit. incurrat pœnam. x. lib. pro qualibet die ultra dictas quinquinta lib. & qualibet uice. Si uerò dictus Medicus, & Magister grammaticæ. uel ipsorum alter se absentauerit ut supra, incurrat pœnam. xxv. lib. den. pro qualiber, & uice

qualibet

qualibet, & quinq; libris ultra dictas uiginti quinq; libras, pro qualibet die si pernoctauerit: & pœna decem librarum denariorum pro qualibet aliorum officialium prænominatorum. & si pernoctauerit. pœna quadraginta sol. dorum. pro qualibet, & qualibet die, & uice qualibet, ultra dictas decem libras denariorum mulctetur.

Quòd Potestas teneatur exigere, aut exigi facere omnes condemnationes, & collectas. Rub. VVIII.

CVM Temporis interuallo, aut pereant, aut debsilitentur pecuniarum exactiones: Ideo statuimus, & ordinamus, ut Potestas exigere. aut exigi facere teneatur omnes pecuniarum collectarum, præstantiarum. datiarum, & condemnationum quas itrates. in quibus quis quomodolibet nostro teneretur Communi, & de his quas exigi fecerit, uel exegerit, & effectualiter deuenire fecerit in Comune, uidelicet de condemnationibus tantum non solutis infra duos annos, à die, qua latæ fuerint, habeat duos solidos qualibet pro denariorum libra: Teneatur etiam exigere sine aliqua mercede de mense in mensem, omnes condemnationes per ipsum latas, tempore sui officii: quod si non fecerit, omnes tales. & huiusmodi condemnationes per ipsum latæ, & non exactæ, ut supra detrahi debeant de suo salario, nisi fuerit iusta causa impeditus.

Quòd Potestas, eiusq; officiales, nostri Communis Cancellarii, salariatiq; omnes teneantur exequutioni mandare præcepta Magnificorum Dominorum Priorum. Rub. XIX.

STATVENDVM Duximus, q. omnes, & singuli salariati Communis, teneantur, & eorum quilibet teneatur exactissime, & totis uiribus exequutioni mandare omnia, & singula præcepta, reformationes, deliberationes, prouisiones, seu decreta facta per Dominos Consulonerium, & Priores. uel maiorem ipsorum partem, secundum formam statutorum de quacunq; re, uel causa. contra quamcunq; personam, locum uel universitatem. sub pœna decem librarum denariorū, ipsi officiali, seu salariato, cui prædicta mandarentur, seu commicterentur, si fuerit in prædictis, uel aliquo prædictorum neglligens, uel remissus: pro quolibet, & uice qualibet extrahenda.

Quòd Potestas, alii officiales, & salariati, teneantur obseruare omnia statuta, tum facta, cum suo tempore facienda. Rub. XX.

STATVIMVS, Et ordinamus, q. Rector, seu Potestas, officiales, & salariati nostri Communis, teneantur, ac debeant obseruare, & obseruari facere omnia, & singula statuta, reformationes, & ordines, tàm factos, q̄ etiam eorum tempore faciendos: sub pœna centum librarum den. pro quolibet, & uice qualibet in casu contrauentionis.

Quòd officialis missus ambaſciator pro Communi habeat expenſas tantum. Rub. XXI.

ORDINAMVS, Ac præſenti ſanctione firmamus, ut ſi contigerit aliquem, uel aliquos officiales, & ſalariatos Communis, ire, ſeu mitti pro aliqua ambaſciata, ſeu noſtri Communis expeditione, ſeu aliquo negocio, extra Terram Sancti Iuſti, non debeat habere, neq; habeat à Communi aliquam mercedem, ſiue aliquod ſalarium, niſi expenſas tantum, pro ſe, & equo, & famulo, ſi famulum ſecum ducere: & pro equo, ſi ue equis coudignam uecturam: & ſalarium pro famulo.

Ne quis Poteſtati, uel eius familiæ donet mutui tradat, ſiue cum eis familiariter conuerſetur. Rub. XXII.

QVONIAM Exaſſidua converſatione, familiaritas, & inde dignitatis oritur contemptio. Idco duximus obſeruandum, ne quis menſam, ſeu uictus menſales de ſuo faciat, uel mittat, per ſe uel alium R ectori, ſiue Poteſtati, uel alicui de ſuis officialibus, & familia: ſimiliter nequis cum eiſdem, uel eorum quolibet bibendo, ſeu comedendo converſetur, ſeu aliquam beſtiam farcinariam, uel equitandam mutui tradat prædictis. Quòd ſi ſecus fuerit attentatum, is qui fuerit repertus culpabilis, tàm officialis re cipiens, q; terrigena dona ſi-ue mutuans, in quadraginta ſolidos pro quolibet: & uice qua libet, qua contrafactum fuerit puniatur: & cuilibet liceat accuſare, & denunciare, & creditor tali accuſatori cum aſſertione unius teſtis fidedigni: & talis accuſator habeat quartam partem dictæ pœnæ.

Quòd Poteſtas, & eius officiales non reconſirmentur. Rub. XXIII.

NE Ecluſtitiæ, & officiorum uires debilitentur, ſtatuimus, q; nullus Poteſtas, uel Rector Terræ Sancti Iuſti, nec eius Vicarius, ſeu Notarius, ultra primum ſemeſtre per duos annos immediate ſequentes, audeat, uel præſumat per ſe, uel alium reconfirmari: præterea, neq; aliter operam dare, ut reconfirmetur ſub aliquo quæſito colore, ſub pœna uiginti quinq; librarum denariorum, pro quolibet contrafaciente, & uice qualibet: & q; nullus audeat præponere, conſulere, uel arrengare, uel aliter operam dare, ut dicti Poteſtas, uel eius officiales, uel ipſorum aliquis reconfirmetur, ſub tam dicta pœna, pro quolibet, & uice qualibet, qua contrafactâ fuerit in prædictis, uel aliquo prædictorũ.

Quòd Poteſtas, & eius officiales, non ſyndicentur durãte officio. Rub. XXIIII.

STATVIMVS, q; Poteſtas, ſeu Rector Sancti Iuſti, eius officiales, & familia, durante tempore officii non poſſint, neq; debeant quomodolibet ſyndicari, ſeu de administrationibus in eorum officiis quomodolibet rationem reddere: ſed ſolum finito eorum officio, ſtent ad eorum ſyndicatum, prout tenentur, ſecundum formam ſtatutorum, de ſyndicatu loquentium: aliàs quicquid fieret in fauorem ipſius R ectoris, ſeu Poteſtatis, eiuſq; officialium, & familiæ, ſit ipſo iure nullum: & nihilominus finito officio ad ſyndicatum ſtare teneantur. Et Poteſtas, ſeu Rector, & quilibet eius officialis, qui petetur, uel permitteret ſe ſyndicari ante finem ipſius officii, præam centum librarum denariorum incurrat, pro quolibet contrafaciente, & quilibet uice Et ſyndicatores, qui ſyndicarent, puniantur pœna uiginti quinq; librarum pro quolibet, & qualibet uice: & eadem pœna præponentes, & arringantes, ſuper huiuſmodi ſyndicatu infra tempus, ad fauorem Poteſtatis, & curiæ puniantur pro quolibet, & uice qualibet. Inſuper, ſi contingat, q; per Rectorem Prouinciæ referrebatur ſuper derogatione præfentis ſtatuti, & ordinis, & eius uigore per Dominos Conſalonenum, & Priores, hæc reformatio in, & ſuper prædictis facienda, nullatenus robur, & firmitatẽ obtineat, niſi ad buſſulas, & palluttas obrenta fuerit per ſex partes ex ſeptem partibus Conciliariorum, in Concilio generali exiſtentium, & ſeruatis ſeruandis. Et ſi aliter factum fuerit, dicti Domini Conſalonenius, & Priores puniantur de facto in libris decem denariorum pro quolibet: & nihilominus, quod obtentum fuerit in fauorem dictorum Poteſtatis, & officialium, non ualeat ullo modo.

De modo ſyndicandi Poteſtatem, eius familiam, cæteroſq; officiales noſtri Communis. Rub. XXV.

VT Quilibet noſter officialis ad ſuum circa ſpectantia officium legaliter, ac ſine fraude procedat: ſtatuimus, q; in noſtro generali Concilio faciendo circa finem officii cuiuſcunq; noſtri Poteſtatis, aliorumq; officialium, extrahantur de buxulis, ad hoc ordinatis, unum breue, continens in ſe nomina ſyndicatorum, & Notarii, & coram ipſis iyndicatoribus, & Notario, quilibet noſter Poteſtas, & eius officiales, & familia finito ſuo officio, ſtent, & ſtare debeant ad ſyndicatum, & plenam reddere rationem, cum integrali, & debita ſatisfatione, de adminiſtratis per eos, & quemlibet eorum, præſtita tamen ſatisfatione in forma debita de ſoluendo, & reſtituendo omnes, & ſingulas quantitates, ac res, in quibus ipſi, uel ipſorum alter per dictos ſyndicatores iurid ce fuerint cõdemnati-factis bandimentis per loca publica, & conſueta-ſono tubæ præmiſſo, de uolentibus conqueri de dicto Poteſtate, & eius officialibus, & familia ſtando perſonaliter in iudicio coram ipſis ſyndicatoribus, horis congruis-& deputatis, hoc modo: uidelicet q; omnes uolentes conqueri de dicto Poteſtate, officialibus, & familia infra tres dies integros, & continuos, poſt diem depoſitionis ſui officii comparere debeant perſonaliter: uel per legitimum Procuratorem: & coram ipſis ſyndicatoribus in ſcriptis producere petitiones eorum: & elapſo dicto termino tridui, uolentes conqueri, uel petitiones exhibere contra prædictos, aut aliquem prædictorum non audiant-ur. Et ſi infra dictum termi num petitiones aliquæ producãtur non fuerint cõtra ipſos, uel aliquem ipſorum: immediate ipſo termino tranſacto, prædicti officiales, & familia, uel ipſorũ aliquis contra quem aliqua petitio producta non fuerit, ſolenniter per ſententiã ſyndicatorũ abſoluatur. Si uerò contra ipſos, uel ipſorum aliquã producta fuerit aliqua petitio, ut ſupra dicti ſyndicatores matureuidere-cognoſcere, & declarare: & ſi opus fuerit conſiliũ Sapientis ſuper præmiſſis habere, ex inde illum, uel illos abſoluere, aut condẽnare per eorũ ſententiã prout iuris fuerit in prædictis, uel aliquo prædictorũ: firmum ſit- & plenam obtineant firmitatem;

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім.

aliqua processus ineptitudine non obstante.

De modo eligendi syndicatores, ac eorum Notarii. Rub. XXVI.

STATVIMVS, Vt per nostrum Concilium generale, matura deliberatione, & bona discretione inter eos solenniter habita; scribantur manu Cancellarii, uel eius uice fungentis, octo schedulæ, in quorũ qualibet sint descripti duo syndicatores idonei, & maturi homines de Conciliariorum numero Concilii generalis: Quæ schedulæ omnes, postẽ ita scriptæ fuerint, clausæ ponantur in uno bussulo sigillato sigillo Communis, & clauso in Archiuio, seu capsa Communis, & inde nunq; extrahantur nisi cũm tempus fuerit uel appropinquabitur syndicandi, Potestatẽ, officiales, & familiam, singulo semestri, secundum consuetudinem, & formam statuti: Si talis tamen Potestas hic reformaretur (quod expresse uetamus) aliàs in fine sui officii extrahantur. Et extractis omnibus dictis schedulis, simili modo fiat imbussulatio, & extractio in futurum: & eodem modo eligantur, imbussullentur, & extrahantur Notarii syndicatorum. Qui syndicatores, & Notarii sic extracti, & electi, in primis, & anteq; eorum officium administrare incipiant, iurare teneantur, ac debeant eorum officium bene, fideliter, ac legaliter exercere, sine fraude, & ius, & iustitiam ministrare, remotis hodio, amore, timore, prece, & precio, & omni alia humana gratia: & habere debeant pro eorum salario, & mercede, uidelicet syndicatores bolenenos quinq; pro quolibet ipsorum, & Notarios pro duo salario bolenenos decem de ære Communis: & pro primis scripturis, nullam aliam mercedem habeãt, neq; habere debeãt. Pro copijs uero condignam recipiãt mercedem, uidelicet pro qualibet charta bolenenos duos secundum formam Constitutionum.

Quòd uexilla, cimerij, & arma communia non tradãtur Potestati, siue ipsius officialibus. Rub. XXVII.

COMMVNIS Sumptibus pro uiribus parcere desiderantes. Hac nostra perpetua, & irreuocabili sanctione firmamus, ut nullus Potestas, uel Rector, uel alius officialis Terræ Sanctæ Iusti, audeat, uel præsumat, per se: uel alium, uel alios, palãm, & occultè, directè, uel indirectè, sub aliquo quæsito colore, postulare, uel petere, uel petì, & postulari facere Vexilla, Cimerum, Coronam, aut aliqua arma nostræ Terræ, in qua officium gerere, aut gessisse, contigerit: ad pœnam ipsi Potestati, uel Rectori, uel officiali contrafacienti, uel contrafacientibus, pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice, ungin. quinq; ducatorum auri, applicandorum nostro Communi. Et quòd nullus Consalonerius, uel Prior, audeat, uel præsumat, uel attentet, proprio motu, uel ad alterius preces, de cætero dictis Potestati, Rectori, officiali uel alicui eorum dicta uexilla, cimerium, coronam, aut arma, donare: uel quoquomodo tribuere in dicto officio, uel post cõpletum officiũ nec preponere, nec præponi facere, aut con-

aut consentire, aut donentur, ad pœnam decem ducatorum auri, pro quolibet contrafaciente in præd ictis, uel quolibet prædictorum, & uice qualibet, ut supra applicandorum, & ad pœnam cuilibet Conciliario arringanti, ut talis donatio fiat quinq; ducatorum aureorum dicto Cõi applicandorum, & ad pœnam duorum ducatorum, ut supra cuilibet Conciliario consentienti, applicandorum ut supra. Statuentes, ut Potestas, uel Rector succedens tali donatario, teneatur, ac debeat pœnas prædictas a contrafaciente, uel contrafacientibus in prædicto, uel aliquo prædictorum infra urgentes dies à die iuris offeri de facto exigere uel exigi facere sine remissione aliqua, ad pœnam periurii, & quinquaginta ducatorum auri, nostræ Cameræ, ut supra applicandorum.

Quòd officiales nihil percipiant, nec deserti faciant ab aliquo sine precio. Rub. XXVIII.

ORDINAMVS, q. Potestas uel aliquis alius nostræ Curiæ forensis, non possit, nec debeat à specialibus personis ad cubile, ad mensam, aut ad uictum spectantia petere: recipere, aut ad se deserti facere sine competenti mercede expressè conuenta, & nemo eis uel alicui eorum dare commodare, mutuo tradere, donare, uel concedere aliquid audeat sine uero, & eundenti precio, & mercede: preter equos qui cõmodari possint hominibus: bestias autem salmarias nullo pacto, aliquis accõmodet. Cõtrafaciens in præd ictis, uel aliquo prædictorum, tãm dans, quàm recipiens, in libris duabus denariorum cuniatur, & possit à quolibet denunciari, & credatur sacramento denunciantis, cum dicto unius testis bonæ famæ. Et Potestas teneatur exigere ipsas pœnas de facto, infra tres dies postẽ sibi fuerit denunciatum: & si fuerit negligens, puniatur ipse Potestas in duplo dictarum pœnarum tempore sui syndicatus.

Quòd Potestas, aut officiales eius, & familia non prorumpant in dicta, uel facta contra Priores. Rub. XXIX.

STATVIMVS, Et ordinamus ut Potestas, & eius Vicarius, officiales, & familia prorumpere non audeant in aliquod, dictum, uel factum, minus honestum, & multo minus conuitiosum, contumelioſum, uel iniuriosum contra Dominos Consalonerium, & Priores, uel aliquem eorum, uel eorum officium, sub pœna dupli eius, quod teneretur conuitians, iniurians, seu contumelians, eos. uel aliquem eorum, uel eorum officium: & ad petitionem Dominorum Consalonerii, & Priorum, uel alicuius eorum: syndicatores tempore syndicatus debeant inquirere, inuestigare, & punire, sub pœna uiginti librarum denariorum pro quolibet syndicatorum cessante, & negligente.

De electione Conciliariorum Concilii generalis, ac eorum iuramento, & potestate. Rub. XXX.

CVM Difficile, scandalosum, laboriosum, plerunq; & periculosum sit, uniuersitatem coram, pro continuo occurrentibus, Communibus negocijs indies conuocare: consentaneum est, ut per nostrum Commune Sancti Iusti nomine

totius universitatis, ſũ plenissima, & efficacissima potestate, cuiuslibet rei, negocii & cause ad universitatem de consuetudine, uel de iure spectantis, ac pertinentis, generale Concilium habeatur, & fiat perpetuo duraturum; de bonis, & idoneis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ amicis, bus, popularibus, ac terrigenis dictæ Terræ Sanctæ Iusti, ac oriundis usq; in tertium gradum dictæ Terræ, quadraginta octo, prout nunc sunt: Sicq; firmiter presentis ordinamenti serie constituimus, ut ipsum tale Concilium, nunc existens, & aliud quodlibet dictis modis deputandum, rite celebrandum consulendi, deliberandi, & obtinendi, reformandi, & exequitioni per se, & alios demandandi, plenissimam pro dicta universitate nostra, ut præmittitur, habeat facultatem, auctoritatem, ac potestatem; prout, & si eut ipsa universitas tota, in unum conuenta, & consona haberet, & habere posset. Cuius quidem Concilii, omnes, & singuli Conciliarii ab initio solennia iuramenta præstare cogantur de bene, fideliter, legaliter, & nõ secus agendo, nec consentiendo in forma, & secundum formam iuramenti Dominis Confalonerio, & Prioribus, inferius constituti. Addentes, q; moriente, uel perpetuo deficiente, uel recedente à dicta Terra, uno uel pluribus ex dictis Conciliariis tempore renouationis regiminis; subrogetur alius, uel subrogẽtur alii, loco deficientis, uel deficientium, per nouem prouidos uiros, fideles tres pro quolibet terterio, de numero Concilii generalis, per dictum Concilium generale deputandos, ac nominandos: qui unà cum Confalonerio, & Prioribus pro dicto tempore renouationis existentibus, habeant arbitrium, & potestatem, loco deficientis, uel deficientium in dicto Concilio, ut supra subrogare alterum, uel alteros, quẽ, uel quos, ipsis, uel duabus ipsorum partibus, uidebitur, & placebit idoneum, & sufficiẽtem popularẽ, & terrigenam, ac oriundum usq; in tertium gradum de dicta Terra, & stante uno fratre carnali de dicto Conciliario: alter frater, nequaq; addi possit, nec interuenire dicto Concilio. Et q; inter ipsos electa subrogatio facienda de uno uel pluribus, simultur ad partium, missum ad sussulas, & psalmatas per duas partes ipsorum: & si aliter factum, uel subrogatum fuerit, non uocleat, nec teneat ullo modo: imo sit nulla, & nullius ualoris efficacie, & momenti. Et nihilominus contrafacciens incurrat pœnam. xxv. lib. den. pro quolibet, & uice qualibet: & prædicta locũ habeant tantum in futurum, & non in his qui ad præsens sunt de numero & ordine Conciliariorum, quos uolumus in ipso Concilio, & ordine esse, & q. possint ad officium Confaloneriatus, & Prioratus assummi.

De electione Conciliariorũ Credentiæ, & corũ iuramẽto, & potestate. Rub. XXXI.

CVM multoties laboriosum, ac minùs habile sit Concilium generale conuocare, ideo præsenti ordinatione firmamus, q; in nostra Terra Sancti Iusti sit alius ordo Concilii paucioris numeri, quod uocetur Concilii Credẽtiæ de uiginti bonorum, & legalium hominum de numero supradicti Concilii generalis, nominandorum, deputandorum ac eligendorum per dictum Concilium generale: & sit perpetuò duraturum. Et ultra ip sum numerum semper Confalonerius, & Priores durante ipsorum officio de ipso Concilio Credentiæ esse intelligantur, & sint. Qui Conciliarii Credentiæ solenniter iurare debeant ipsorum officium, anteq; in ipso officio se immisceant, iuxta formam iuramenti, inferius tradendi in iuramento Confaloneriorum, & Priorum. In quod quidem Concilii Credentiæ exprehabita deliberatione Dominorum Confalonerii, & Priorum, deducatur, & ueniat omnis præposita facienda, utiliter, uel necessariò per Commune, prius, & anteq; deducatur in generale Concilii. Habeatq; dictum Concilium Credentiæ circa expensas, & alia occurrentia auctoritatem, & potestatem, prout sibi attributæ reperiuntur per supra, & infra scripta nostra ordinamenta. Adicientes, q. mortuo, uel perpetuò deficiente, uel recedente ex dicta Terra, uno uel pluribus ex dictis Conciliariis Credentiæ subrogetur alius, uel subrogentur alii de numero Concilii generalis, loco deficientis, uel deficientium, secundum deliberationem dicti Concilii Credentiæ, obtentus uel obtenti ad bussalas, & suffragia, seu palluttas per duas partes astantium in dicto Concilio.

Quòd Potestas non possit, nec debeat accedere ad Concilium Credentiæ, nisi uocatus ab ipso Concilio. Rub. XXXII.

AEQVITATI nempe satis consonum esse censemus, nè secreta nostri publici Cõmunis, quæ inter nostros ciues generaliter Conciliarios Credentiæ debent tan tùmmodo scire, & pertractari: debeant extraneis pandi, & in nostri Cõmunis præiudicium alicuius reuelari. Ideo statuimus ad cautelam, ut nullus officialis forẽsis, præter Notarius reformationum nostri Cõmunis possit, uel debeat Concilio credentiæ interesse, nisi uocatus fuerit à Dominis Confalonerio, & Prioribus pro tempore existentibus; sub pœna decem librarum denariorum pro quolibet officiali, & qualibet uice contrafaciente auferenda.

De electione Confalonerii, & Priorum, ac eorum iuramento, potestate, & priuilegio. Rub. XXXIII.

IVRIS, & usus congruit rationi, ut ad publicarum rerum curam, & regimen aliqui debeant anteponi, uirtutis merito, cõmẽdabiles, & prærogatiua donati: regulis tamen non nullis subsendi iuris, & honestatis, quas penaliter prohibeantur excedere. Concitimus igitur, ut secundùm mores probabiles, & consuetos communis nostræ Terræ, in posterum uigeat in dicta nostra Terra officium Confalonerii, & Priorum, ad quorum officium spectare uolumus, & imminere curæ ipsorũ agenda negociorum communis, circa præpositas, consultationes, deliberationes, ac literas communis missuas, & respon siuas: & sine duobus ex ipsis, nec sigillari ualeant, nec q; pandi, pœna contrafacientis. x. lib. den. Nec non circa expensas & ædificationes communis, & circa introitus, & prouentus, & circa status, & regiminum reformationes ac etiam circa electiones, deputationes, nominationes, assumptiones, officialium, ambasciatorum, siue oratorum, & operationes, & nunciorum, ad commune spectantium. Nec sine ipsis tamen confalonerio, & Prioribus, uel maiori parte ipsorum, ulla expensa pecuniaria fieri possit, nec aliquod communis negocium explicari, præter exequtionem, & administrationem usitatæ: in ciuilibus, & criminalibus causis, ac extraordinariis, & aliis quibuscunq; causis, & negociis, quæ officio aliorum officialium forensium, nõ contur uicumbere, siue etiam pertinere, de consuetudine, uel de iure ad quam ipsorum Confalonerii, & Priorum scientiam, uoluntatem, aut præsentiam non decernimus opportunam: cum dissonum sit inter suos, uel fois, aut tuæ patriæ ipsos iudicandi iurisdictione potiri. Præterquàm tandem eos gaudere uolumus infrascriptis uidelicèt q. ipsorum durante officio, obleqium aliquod imponere non cogantur: ualeant etiam ipso tempore per se, & eorum familiares, arma portare impunè. Item q. à singulis terrigenis, incolis, & habitatoribus Sancti Iusti honorificè uenerentur, nec aliquibus contentionibus, iniuriis, uel offensionibus afficiantur. Contrafaciens uero puniatur secundùm formam nostrorum statutorum. Iurare autem solenniter teneatur, & etiam obseruare dicti Confalonerius, & Priores. se esse, & fore fideles, subiectos, ac deuotos amatores Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ, ipsiusq; Pontificum, Pastorum, Rectorum, & Officialiũ: & maximè pro tempore canonicè præsidentium (quorum in iuramento, nomina, & tituli exprimantur,) & efficaci opere fautores, & executores, honoris, & mandatorum eorundem. Item, q. ad bonum, & pacificum statum dictæ Terræ Sancti Iusti, & ad Iustitiæ obseruationem, in ipsa Terra, sub pura conscientia, & omni corruptela cessante, fauorem impendent, ac dabunt operam efficacem, qualibet tyrannidis æmulatione, & subleuatione depressis: bona, iura, & priuilegia Communis dictæ Terræ facient salubriter obseruari, procq; uiribus augmentari: Præpositas, consultationes,

COPIA OFFICIAL I.M.C.M.

& deliberationes, ac etiam expensas inutiles, fugiant, neq; utiq; fieri permittant. Credentias Communis pro ipsius Cõis utilitate, & bono, & honore S. Matris Ecclesiæ Romanæ sub sigillo secreti teneant, & retineri faciant, in perpetuum perpetuas, & temporales ad tempus. Causas, & lites Communis, uel ad Commune utiliter, aut necessario attinentes, ac etiam ad ædificationes, & reparationes, opportunas: præter omnem insolentiam inutilem, & negligentiam, sollectent, prosequentur, & faciant expediri. Communis euitem sumptibus, ac expensis. Exactiones, nec non, & solutiones pro Communi, & per Cõe facriendas, fieri, & exequi procurent absq; tarditate, & tactura Cõis. Et q. Terra, uel terrigenis, aut conuictis obseruetur iustitia: nec his inferatur, omni conatu hictis tamen modis præbeãt operam, & opportunam formam nostrorum ordinum in omnibus, & maxime in expensis, & oneribus explicandis obseruent, & pro uiribus faciant obseruari. Reconciliare discordias, & inimicitias terrigenarum nostrorum sedare, utribus, & terre eius fructuosis curent: & omnia, & singula agant, faciant, & obseruent ipsi, & eorum officio incumbentia, & spectantia per iura, uel usus uinculo iuramenti, sub pœnis in statutis contentis. Vltimo addatur q. ipsi Consalonerius, & Priores tempore ingressus sorum proximè successorum, Antequ ipsi ueteres ab officio discedant teneantur, ac debeant ipsos successores in scriptis cum rogatione Cancellarii, uel alterius Notarii instituere, & informare de omnibus, & singulis negotiis Communis, per eorum curam agendis, uel solicitandis. Et res Cõis in eorum habitatione existentes per iuramentum recta spare uinculo iuramenti & pœnarum infrascripti. dicti pro quolibet ipsorum contrafacientium. Statuentes insuper q. de mense Iulii, anno millesimo quadragesimo sexagesimo septimo, primo quo mense finietur reformatio officii Consalonerius & Priorat⁹. incepta calendis Decembris, anno millesimo quadragesimo sexagesimo quinto: Potestas, Consalonerius, & Priores qui pro tempore erunt teneãtur, ac debeant uinculo iuramenti & pœna xxv lib. dcñ. pro quolibet contrafaciente, per decem dies ad minus ante finem dicti mensis Iulii præponere in Concilio generali, ut ratis seruandis, super reformatione officii Consalonerius, Priorat⁹, & Camerariat⁹ dictæ Terræ, & secundum deliberationē in dicto Concilio obtinendam, super reformatione prædicta subrogatis subrogandis, loco decem ex eis secundum formam statutorum, supra positorum, præfati Domini Consalonerius, & Priores unà cum deputandis per dictum Concilium consultudinem nostræ Terræ in unum conuenire in loco secreto debeant, cũ præsentia Cancellarii, uel eius uicegerentis qui in scriptis habeat omnia nomina Concilij generalis, & subrogatorum, loco decem ex eisdem, & materia deliberationē, & bona discretione inter eos habita, scribi faciant manu dicti Cancellarii duodecim schedas, & in eis quælibet sint delecti quatuor uiri de numero dicti Concilij generalis. Quorum unus sit, & esse intelligatur de quarto ad officium Consalonerius. Alias uerò tres prout sequitur in ordine in una quaq; dictarũ schedarum deputati sint, & esse intelligantur ad officiũ Priorat⁹. Ac etiam in fine euisibet dictarum schedarum ponatur, & scribatur nomen unius Camerarii. Sintq; ordinatæ, & aptatæ prout discretioni, & prouidentiæ eorũ uidebitur: ita, & taliter q. in hoc fuerint insimul in una schedà, ac reformatione, non sint in sequenti reformatione. Qui etiam Camerarius sit de numero dicti Concilij generalis: quorũ Consalonerij Priorum, & Camerarij officium duret duobus mensibus: quæ schedulæ omnes postq; scriptæ fuerint ponantur in uno buxulo sigillato sigillo Communis clauso in Archiuio. siue capsa Communis, & exinde nunq; extrahãtur, nisi cùm tempus erit extrahendi officium Consalonerij, Priorum, & Camerarij singulis bimestri secundum consuetudinem Terræ, & extractis omnibus dictis schedis simili modo in futurum fiat reformatio ultimo mense dicti reformati regiminis.

Quòd

Quòd Potestas, Consalonerius, Priores, Camerarius, & successores insimul interesse debeant uni misse ab initio eorum officij. Rub. XXXIII.

CVM Ex omni eo, quod rationis sit luminè, insis laudabilis sequatur, statuimus, q. prima die cuiusliber mẽsis, qua renouãtur Priores nostræ Terræ, antequ intrẽt officium eum omni debita reuerentia, ac deuotione, tam publicus Communis celebretur, & celebrari debeat una missa in Ecclesia Plebis, cui mille, tam ueteres, q. noui Consalonerius, Priores, & Camerarius interesse debeant à principio usq; ad finẽ missæ, ibi celebrãdæ eorũ iurent officiũ, & consalonum recipiant in Palatio Cõis, & non antequ dictæ missæ interfuerint: & cõtrafaciens in quinquaginta sol. dcñ. puniatur, & quilibet contrafaciens, & uice qualibet.

Quòd Potestas, & Priores, teneantur inimicitias, & discordias in pacem ponere. Rub. XXXV.

QVONIAM Pace nil utilius, nilq; sanctius esse, p comperto habemus. Statuimus, ut Potestas, Consalonerius, & Priores, qui pro tempore erunt, per se, uel per alios, qui ad hoc idonei uidebuntur interessentes, possint, ac debeãt uinculo iuramenti amicabiliter, & pro posse, interponere pro tollendis, ac sedandis omnibus contentionibus, & discordiis ciuilibus, & criminalibus, inter homines, & habitatores huius Terræ, & pro reconciliandis, ac sedandis contentionibus, & controuersiis huiusmodi, & eis concordandis, & pacificandis: habeant facultatem præcipiendi, & mandandi, quecquid eis, æquum, & conueniens, fore uidebitur. Inobedientes multandi usq; in quantitatẽ, x. lib. dcñ. & in maiori quantitate, si eis usum fuerit.

Quòd Consalonerius, & Priores, eorum durante officio, non debeant aliquid debitesare super re uel pecunia sibi debita à Communi. Rub. XXXVI.

STATVIMVS, Vt Consalonerius, & Priores non debeãt neq; possint durãte officio, deliberare, uel deliberari facere, de aliqua quãtitate pecuniarũ, uel rerũ quarũcunq; quæ eis, uel alteri eorum deberentur à Cõi. Sed deliberatio huiusmodi reseruetur omni modo suis in officio successoribus, sub pœna, x. lib. dcñ. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice: & nihilominus deliberatio, quæ aliter fieret sit ipso iure nulla.

Quòd Consalonerius, & Priores durante eorum officio non possint conuenire, neq; conuenti. Rub. XXXVII.

ORDINAMVS, Ac præsenti statuto firmamus ut Domini Consalonerius, & Priores, uel ipsorũ aliqui durante officio non possint cuilibet conuenti in curia Potestatis, nec ipsi alios conuenire nominibus propriis uel etiam alienis. Nam absurdũ uideretur, quem simul apparere præsulem ac priuatum, & contra alios quid quis sibi recusatuelle statuere. In criminalibus autem non nisi ad primam citationem inclusiue pro beneficio præuentionis contra eos, aut ipsorum alterum possit procedi. In reliquis pro cedendi, & puniendi actibus post depositionem eorum officii subiungendis. Delinquẽs uero in officio eo finito ex pœna puniatur, qua puniretur aliquis, si in eum durante officio deliquisset, & quicquid secus actum fuerit pro inane habeatur, & nullo pacto ualeat.

Quòd habens causam cum Communi, & existens debitor ipsius Communis non possit esse Consalonerius, Prior, neq; de Concilio durante causa prædicta, donec non satisfecerit Communi. Rub. XXXVIII.

ORDINAMVS, Vt quæ aliquam quæstionem, uel causam habet cum Communi, uel eius patre, filius, frater, uel nepos carnalis, inuicẽ, ac simul habitãtes

in eadem domo durante tempore dictæ quæstionis, litis, & causæ non possit esse Conciliarius Consilii generalis, uel Credentiæ, nec Consalonerius, uel Prior, nec quoquo modo ad dicta Concilia, & officia consalonariatus, & Prioratus Terræ prædictæ eligi, uel recipi possit: & si aliquis eligeretur, extraheretur, uel deputaretur, dicta electio extractio, & deputatio facta contra formam prædictam, & præsentis ordinamenti, nen ualeat ullo modo: & ille qui electus extractus, uel deputatus fuerit, dictum officium exercere nō possit, nec in dicto Concilio quoquo modo interuenire; sed à prædictorum ipsorum Concilio rum, officiorumq, exercitio penitus expellatur. Et quicunq; contra prædictam formam dictis officiis se immiscerat,

iurisdictionis priuilegiorum ac iurium Communis ipsius Terræ, uel alicuius eorundem, nec ipsa uel eam ter cedere quouis modo: nec etiam pro, uel de cassatione, remissione, ter mino uel diminutione alicuius condemnationis legitimè factæ contra deliquentes.

Item nec pro, uel super exemptione, uel immunitate alicuius specialis persone: praterea tatione noui incolatus, uel eudentis miserabilitatis, aut Ecclesiæ dignitatis. In quibus exceptuatis casibus & quolibet eorum, nulla prepositio, consultatio, uel deberatio, uel relor matio quocunq; nomine censeatur, ualeat, nec ullo iure teneat: nec ipsarum aliqua pot sit, nec ualeat exequationi mandari: nec aliquis teneatur ad obtemperationem earu. Qui nimo facientes, aut uenientes, uerbo, uel facto contra prædicta, officiales, uel Potestas, Consalonerius, uel Priores, in. xxv. lib. den. pro quolibet eorum cotrauenente, & uice qua liber puniantur: & eandem pœnam incurrat quicunq; super præpefitis prohibitis consulendo arrengauerit. Caueri uero Consiliarii quomodocunq; consenserint per. á xxv. sol. den. incurrant, pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice: quæ pœnæ omnes supra dictæ de facto exigantur, sine aliqua remissione. Terrigenis uero, in priuatis personis pro modo culpæ, & qualitate delicti per nostros Rectores multetæ imponantur. Subsungitur ad declarationem prædictorum, q. negotium quorumlibet nostrorum Consilium, non per aliam, q. per Potestatem, uel Vicarium eius, uidelicet Consilii generalis: Credentiæ uero per Dominos Consalonerium, & Priores mittatur singulariter, ac explicitè super una quæq; præpositione arringa: per ipsos Dominos Consalonerium, & Priores expresse, & non mistim cum altera. Et qualibet præpositio declarctur per buxulas, & pallottas, ut dictum est: quarum buxularum, una sit alba de fic, altera uero sit rubea de non, & ambæ buxulæ sint intro coopertæ ex filero. Quæ quidem pallocte recol lecte ibidem manifestè in bacciis per Cancellarium uel eius uicegerentem, computentur. Addentes, q. singuli mittentes eorum pallottas debeant, ac teneatur ambas manus claudas mittere in buxulas nec aliquo modo annuere, uerbo, uel facto, in quam, uel pro qua mittit, uel mittere intendit sub pœna. x. sol. den. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice. Item q. nemo debeat aliam attentare, uel inducere ad mittendū uel obtinendum magis pro una parte, q. pro altera, uel aliquid dicendum, faciendum, uel obtinendum in aliquo Consilio, aliuni informare aut inducere, sub pœna. xx. sol. den. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice. Nec aliquid in aliquo concilio maximè ierendo, uel alibi, extra arringheram stando, rumorem facere, uel uocem notabiliter eleuare sub pœna. x. lib. den & maiori, uel minori arbitrio Potestatis imponendo secundum qualitatem excessus, ac personæ. Præterea qui non est ascriptus in numero, uel ordine Conciliatiorum non posit accedere ad dictum Concilium, uel ipsi aliqualiter interesse, neq; etiam aliquis de cuius negocio in ipso Concilio specialiter tractaretur, uel ad quem specialiter interesset, in dicto Cœcilio quid obtineri, uel nō, sub pœna, xl. sol. den. pro quolibet cōtrafaciente, & qualibet uice. Sed nih lominus de ipso Cœcilio repellatur: nemoq; etiam plus q. semel ad arringandum assargat in eodem Concilio, nisi de licentia & mandato Potestatis, uel Vicarii: & p ultera q. tatuor arringatores possit surrexerint, & arringauerint, nemo alius exurgere, uel arringare præsumat absq; expressa licentia & mandato Dominorum Potestaris, & Priorum. Neq; extra effectum rei nouem, ac formam propositæ: quisquis consulen fo aa fear deuag ni, sue extra propositam dicere, contrafaciens uice qualibet in. x. sol. pœnā de facto mulcetur. Et nihilominus dictum illius aliter arringantis ultra quat tuor uel extra propositam, non ualeat, nec q. ponatur in medio, sub pœna Potestari, Consalonerio, & Prioribus contrafacientibus. x. lib. den. pro quolibet ipsorum. Insuper quilibet de numero ordine Cœcilij celebrandi, sactis de ipso Cœcilio publicationibus, & pro ela nationibus pulsatae campana deputata ad ipsum Concilium accedere teneatur, ac personaliter interesse, nisi ratione nabilem habuerit impedimentum, Potestatis uel Vicarii arbitrio terminandum. Contrafaciens in non præstendo se ad premam requisitionem, in duobus solidis: ad secundam uerò requisitionem non præstando, in tribus sol. dis

solidis: ad propositam uerò non præsentialiter existens, in .v. sol. de facto puniatur. Et quilibet de Concilio, maximè alius arringare consuetus, teneatur ad mandatū Potestatis, uel officialis exurgere ad arringandum, & in arringheria cōsidere iuper propositis, sub pœna. x. sol. den. pro quolibet cōtrafaciente, & qualibet uice. Pro Colloquiis uerò inanibus, uel alijs immoderatè dictis, uel factis, uel faciendis, aliter q. arringando in dictis Consilijs, ac de alijs similibus excessibus, in ipsis Conciliis cōmissis, & committendis: quilibet excedés arbitrariæ multæ pro qualitate negocij, & personæ ad uoluntatē, ac prouidentiā D. Potestatis, Consalonerij, & Priorum, patiatur iactura. Aliud insuper adiciendo prouisum est, ut quisquis consultor, uel arrengator ad consulendum exurgens: debeat ante ingressum arringheriæ iurare tactis manu scripturis, in manu Cancellarij, uel sui uicemgerentis ibidem præsentis, de bene, fideliter, & legaliter consulendo, secundū formam statutorum, & ad bonum Cōis, & obseruantem iustitiæ, remotis lucro, damno, amore, odio, prece, uel affectione, & qualibet alia humana passione. Alioquin Concilū, arringantemum, uel dictum illud non obseruantis, del obmittentis non ualeat, nec scribatur, nec inmediū mittatur: & si missum fuerit, non obseruetur. Quicquid autē per prædicta nostra Consilia seruatis omnibus supradictis seruandis, factum, deliberatum, obtentum, ac reformatum fuerit, ut supra perpetuō firmum sit, ualeat, teneat, exequucionī mandetur, ac obseruetur ab omnibus in contrarium facientibus non obstantibus.

De pœna dicentis aliquam iniuriam arringando alicui Conciliario, & è conuerso. Rub. XLIIII.

CVM Expediens sit uolentem alios admonere, omni modestia, ac patientia fore dotatum, & nè scandalum aliquod in nostro Concilio ualeat exoriri. Statuimus, q. nullus ex nostris Conciliarius, neq; alius in nostro Cœcilio existens, audeat, uel præsumat alicui arringatori aliquā iniuriā facere, uel dicere, neq; eius dictū, uel arringationem interrūpere, uel impedire. & è cōuerso nullus arringator arringādo audeat, uel præsumat aliquam iniuriā alicui facere, uel dicere. sub pœna quadrupli, qua puniretur, li alibi, uel alter, talia, uel similia contra aliquē cōmissa fuerint, dicto, uel facto. Et de prædictis Potestas qui p tēpore fuerit, summariè, & de facto, sine strepitu, & figura iudicij, teneatur, ac de beat procedere, & culpabiles punire, sub pœna. x. lib. den, & sub vinculo ſiſtiti iuramēti.

Quòd nullus ex Conciliariis arringare debeat super negocio proprio, uel suorum attinentium. Rub. XLV.

STATVIMVS, q. si contigerit aliquam propositam fieri in nostro Cœcilio ge nerali, uel Credentiæ: quæ præposita tangeret aliquam personam specialem ex Conciliariis: ille talis Conciliarius exire debeat de Concilio, siue Palatio, dum tractaretur de dicto negocio, sub pœna. xxxx. sol. den. Et nullus ex Conciliariis arringare debeat super aliqua propositā spectante ad se, uel ad aliquem eius consanguineorū, uel affinium usq; in tertium gradum. Et si aliquis pro se, uel alio suo consanguineo, siue affine usq; in tertium gradum, aliquid peteret in Concilio, nō debeat dari responsum aliquod, nisi eo ablen te prius deliberatum fuerit de eo, quod sibi debeat responderi: neq; aliquis debeat respon dere, nisi ille cui commissum fuerit responsum, sub pœna centum solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente, in quolibet prædictorum casuum, & qualibet uice.

Quòd nullus audeat aliquid facere, uel dicere palàm, uel occultè contra nostrum Commune. Rub. XLVI.

STATVIMVS, q. nullus audeat dicere, arrengare, uel quicquā facere per se, uel alīū, palā, uel occultè cōtra nostrū Cōe, ita q. esset dānū, uel iactura Cōis prædicti, sub

pœna uigintiquinq; lib. den. de facto pro quolibet contrafaciente, & uice qualibet: & si forensis esset, ultra dictam pœnam expellatur de hac Terra, & territorio eius. Et nemo presumat deliberata, determinata, ac gesta p Concilio gñale, uel alios a dicto Concilio postea tam habentes, q̃ p arbitrantes, damnare, uel contra eos, uel ipsorum aliquod minus honeste loqui, sub tam dicta pœna pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice.

De partitis perditis, amplius non remittendis. Rub. XLVII.

SI Partitum aliq̃ missum in aliquo Cœlio perditũ fuerit: amplius illud proponi, uel super ipsum partitũ mitti nõ potest: & ẽt si quod propositũ, uel obtentũ fuerit legitime in aliquo Cœlio, cõtrariũ eiusdẽ proponi, uel ordinari nõ ualeat. Et Consulatores, ac Priores, quorũ tẽpore proponeretur id, super quo foret obtentũ contrariũ eius, uel illud, quod foret perditũ in aliquo Concilio infra annũ a die reformationis, ita facte, uel per dictionis alicuius partiti: licet directẽ, uel per obliquũ: talis preposita facta fuerit, pœnã x. lib. den. pro quolibet, & qualibet uice incurrat. Sed si Cõsulatorio, & Prioribus, qui pro tempore fuerint: uideretur contrariũ alicuius prædictorũ pro utilitate nostri Cõis, fore proponendũ, & tractandũ: Primo debeat deliberari inter eos, nullo ipsorũ discrepante. Et si inter eos obtinebitur, posit illud proponi in Cœlio Credentiæ, dequeis ad minus duæ partes se debeãt cõcordare: & obtentũ in dicto Concilio Credentiæ, modis, & conditionibus sã declaratis, reduci debeat ad aliud Concilliũ opportunũ, & obtineri lecundum formã prefentiũ statutorum nostri Cõis. Insuper necessitatẽ nostro imponimus Cancellario uel eius Vicẽgerenti, notificandi corã Prioribus, & Concilijs, in quibus cõtra præcedentem ordinem fieret, protestandi: ne fiat contrarium eius, quod per hanc nostram sanctionẽ dispositur, sub eadem pœna sibi iniũcta, si cõtrafecerit in aliquo præcitorum. Insuper addendo, ac specialiter statuendo decimus, q̃ siquod partitũ missum fuerit de ali quo officiali Terræ, S. Iusti, reformãdo, uel nõ reformando, & perditũ fuerit: dictũ partitũ sic perditũ, nullo modo posit, ac debeat amplius in aliquo Cœlio proponi: & si propaueretur, quicquid fieret cõtra, non ualeat: imo irritũ fit, ac inane. Et quilibet Prioris, quorũ tẽpore dictũ partitũ perditũ ,ponneretur, x. lib. den. pœna de facto auferẽs, puniatur.

De officio, & iuramento Camerarii, uel Depositarii. Rub. XLVIII.

NE Sumptuum inmoderata profusio molem ingerat, paupertatis habeatur, & sit in nostro Cõi, more cõsueto, unus Camerarius de numero Cõsilij generalis S. Iusti, probabilis uitæ, bonæ q̃ famæ, ac bonorũ (maximè immobilium) probatus satisfaciendorũ lib. den. & eius officium duret per duos menses tantũ: per quos, & non alterius mãnus, percipiantur pro nostro Cõi, omnes, & singuli introitus, reditus, fructus, ac prouentus nostri Cõis, ad ipsum quouismodo pertinentes, uel spectantes. Nec non omnes exitus, ac expensę per Cõsefaciendę, sub his tamen formis seruandis, uidelicet q̃ de omnibus introitibus, ac prouentibus, & de exitibus ac expẽsis, fiant duo diuersi libri manu Cãcellarii Cõis, uel alterius gestis eius officiũ. Quorum unus sit penes Cõmune, alius uero penes ipsum Camerarium: & in solutione, ac eiam in receptione cuiuslibet quantitatis, uel rei, pro Communi adhibeat præsentiam Dominorum Consalonerii, & Priorũ, uel maioris partis ipsorũ, ac etiã Cancellarii, uel sui locũtenentis. In quorũ præsentia fiatim, & in cõmenti, anteq̃ discedat, uel ad alios actus diuertat: Cãcellarius teneatur, ac debeat scribere in ordinariis libris introitum, & exitũ Cõis: Et Camerarius scribi facere teneatur talem introitum, uel prouentum: nec non exitus ac expẽsas denotando per ipsam scripturam personam soluentis, & recipientis, & quantitatẽ, & rem, & causam quare, & die, atq; præsentiam prædictorum: pœna Cancellario prædicto, uel eius locũtenenti, sic scribere recusanti, centum soliborum den. pro qualibet uice, Camerario uero secus recipienti, uel soluenti .xxv. lib. den. pro qualibet uice, Et expensæ aliter factæ non ualeant in dampnum

dampnum Cõis, imo intelligatur Camerarius, contra dictã formã faciens, de suo proprio expendisse: nec sibi admittatur ad exitũ. Interdicimus autẽ, ne Cõsalonerius, & Priores, ablq; deliberatione Concilij, pro factis Cõis, de eius pecunia expendere ualeant quolibet mensę ipsorum officij ultra .x. lib. den. ex rationabili tamen, ac uera causa. & cum bulla ordinata, scripta manu dicti Cancellarij, ac bullata bulla Cõmunis, quæ sit penes Consalonerium, uel Priores, cum deliberatione Concilij Credentiæ, similibus cautis, ac modis, posint expẽdere quolibet mense usq; ad .xxv. lib. den. inclusiue. Cum generalis autem Concilij deliberatione solenni, secundum formã nostrorum statutorũ posint expensæ fieri per dictas manus, & cum dictis scripturis, bullis, & modis, ac fi, & prout per totã uni uersitatẽ, & Cõmune Sancti Iusti fierent, ac fieri possent. Expensæ uero non secundum dictas formas, sed aliter factæ, & solutæ per dictũ Camerariũ: ipso iure, & facto decernimus non ualere in damnum Cõis ullo modo: nec admittantur ad exitus. Imo sic expendentes, de suo proprio expendisse censeantur, & tantundem cogantur Cõmuni refiere de proprio eorundem. Alias nihilominus pœnis, ubilibet nostrorum statutorum cõstitutis, in suo robore duraturis. Exceptis tamen, ac reseruatis a prædictis pœnis, sed non a modo scripturarũ, & bullæ, solutionibus illis: quæ mandato, uel coactione Summorũ Pastorum, aut Rectorum, & officialium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, fierẽt, uel expenderẽtur ex causis ueris, & utiq; manifestis. Addentes, q̃ dictus Camerarius habere debeat pro salario, & mercede sui officij, quibuslibet duobus mẽsibus libras duas den. & ẽt exẽs ab omnibus obsequijs personalibus, dicto durante tempore duorum mensium.

De introitibus, & exitibus Communis in fine Camerariatus, in generali Concilio legendis. Rub. XLIX.

NE Priores illi, qui prodigi, ac dissipatores æris nostri Cõis fuerint: absq; eordigno rubore transeant. Statuimus, q̃ semper post redditam rationem coniusliber Camerariatus, infra .x. dies post finitũ officium Camerarij, in Concilio generali, Consalonerius, & Priores qui pro tempore erunt, legi, & declarari faciant omnes introitus, & exitus, proventus, factos, & erogatos, tempore Priorũ in officio præcessorum: pœna Cõsalonerio, & Prioribus constrictarum pro quinquaginta sol. den. Qui quidem Camerarius infra dictos .x. dies post sui officij depositionẽ, omni exceptione, & tarditate cessante, cũ effectu debeant omnem pecuniæ quantitatem, quę fupererit: penes se de denariis ad eius mãus, ut supra peruentis, restituisse Camerario dicti Cõmunis, sibi in mediate succesori, pro ipso Communi recipienti, sub pœna decem librarum denariorum, de facto sibi auferendarum: & nihilominus ad dictam restitutionem etiam de facto compellatur.

De ratiocinatoribus Communis eligendis, ac eorum mercede. Rub. L.

OB Fraudem euitandã. statuimus, & ordinamus: ut D. Consalonerius, atq; Priores, qui pro tẽpore fuerint, teneantur, ac debeant uinculo iuramẽti in principio cœtũ officii eligere, ac deputare duos bonos, legales, & expertos uiros de S. Iusto, ad reuidendũ, calculandũ, & summãdum librũ Camerariatus, seu introitus, & exitus, redditus, fructus, prouentus, & expensarum nostri Cõis, habitorũ, seu factorum: & erogatorum, tempore Prioratus eorũ in officio præcessorũ. Qui duo uiri, sue ratiocinatores teneantur, ac debeant iurare solenniter, se agerẽ, calculare, declarare, & ratiocinan bene, fideliter, legaliter: ac sine fraude aliqua ipsum librũ Camerariatus, & in fine libri ponere calculi rationis: & fideliter fieri mandamus de aliis libris collectarũ, & aliarum rerũ ad nostrũ Cõe pertinentium, per tẽpora: & quicquid per dictos ratiocinatores calculatũ factũ, declaratumue fuerit, & ratiocinatum, ratũ, & firmum fit, auctoritate presentis statuti: errore tamen calculi semper saluo. Et ratiocinatores prędicti habeãt, & habere debeãt pro tota mercede, & salario pro quolibet libro Camerariatus sol. lex, & pro libro collectę bladi uini, animaliũ, seu bestiaminis, & extimi, bol. xxx. & pro libro exactionis, census, & fictus, bolonenos quinq.

De officio generalis Syndici nostri Communis. Rub. LI.

QVONIAM Ea quę cōmunia sunt, cōmuniter negligi temporum abusu uidentur, Ideo ad exactam, & conseruationē, & augumentū uirum, honorumq; nostri Cois, ingore huius nostri ordinis: decernimus, ut in nostro Cōmuni annuatim per generale Concilii sit eligendus unus Syndicus generalis de nostris ingenys, idoneus, ac legitimus, qui uice, & nomine nostri Cois, ex uīe huius uigore ordinis posit, & ualeat ciuiliter, & criminaliter agere contra omnē personam, locum, & uniuersitatē, & cōtra omne Collegium, & Capitulū, & coram quocunq; iudice, pro omni, & singula defensione, seu oceasione utili, opportuna-seu necessaria, tam in causis, q̄ in quibuscūq; aliis negocus, etiam speciale mandatum exigentibus, atq; in eis ualere, prout met ipsum Cōmune totū, & tota uniuersitas eius facere-agere, defendere, & administrare posset, dū simul personaliter interesset: Nec nō apprehendere, recuperare, & apprehēsa, & recuperata tenere pro ipso Cōmuni: omnia, & singula bona-loca, res, possessiones, iurisdictiones, & iura ad ipsum Cōmune spectātia in possessione, uel proprietate, de cōsuetudine, uel de iure, ac pro ut ipse duxerit, & sibi iniunctū fuerit: facere-seu exequtionī mandare. Addentes, q̄ pręfatus Syndicus nō possit emere, uendere, conducere, seu locare de bonis mobilibus nostri Cois-nisi cū uoluntate, & consensu Dominorū Consalonerii, & Priorum: & de immobilibus cum deliberatione Concilii generalis: in ceteris autē, ut supra intelligatur habere, & ex nunc habeat, semper talis Syndicus plenū, liberum, & generale mandatum, cum pleno libera, & generali administratione, & auctoritate. Pro quo Syndico ipsum Commune totum, ex nūc fidei iussīe intelligatur in omnem causam, casum, & euentum: nec non promisisse, approbasse, ratificasse, & firma, & rata habuisse, omnia, & singula per ipsum Syndicum agenda, gerenda, facięda, seu exercenda, in prędictis, & quolibet prędictorum,

De iuramento, & satisdatione, conseruatione, ac restitutione Syndici generalis. Rub. LII.

NE Quod ad Cois utilitatem prouisum est: in dānum emergat: iubemus, ut eidem Syndicus generalis nostri Cois, paulo postq̄ creatus extiterit, teneatur, ac debeat in manibus D. Consalonerii, & Priorū, & sub scriptura in libro Cois redigenda manu Cancellarii, uel alterius legalis Notarii, in de rogandi: solēniter, promittere, iurare, & satisdare omnia, & singula per dictum syndicatus officiū agēda: se pro dicto Cōmuni factorum, acturum, ac administraturum legaliter, bona fide, & sine fraude, & in eis ut plus poterit exactorum consentiturum, & informationem Dominorum Consalorerii, & Priorum, & nihil actorum pro simplici suo appetitu, aut respectu sui proprii lucri, uel dānī: sed pro bono Communis tantūm, & omne-& quicquid ad eius manus peruenturum est, de bonis, & rebus Communis prędicti, ad beneficium ipsius Cōmunis conseruabit-restituet, ac integraliter confignabit per inuentarium ordinatum, cum rogatione Notarii, expensis dicti Communis ab ipsis Dominis Consalonerio, & Prioribus, elig-ndi.

Quod Syndicus Communis teneatur reuidere campanas, fontes, pontes, puteos, aqueductus, & alias res nostri Communis. Rub. LIII.

STATVIMVS, q̄ dictus Syndicus generalis nostri Communis, pro tempore officii, teneatur, ac debeat singulis duobus mensibus, reuidere, scrutari, seu reuideri, & scrutari facere Cōis cāpanas, aqueductus, Palatii tecta, fontes oēs: & eorū cōductus, seu aqueductus, & puteos, & quāa aptatione, & reparatione indigeāt: teneatur facere reapta ri-referri, & reparari infra octo dies, postq̄ uiderit indigere, iumptibus, & expēsis Cois, & ipsis expēsas ponit facere sine aliqua apodīsa D. Consalonerii, & Priorū. Et si prędicta negligesserit, adimplere, ac reintegrare teneatur de suo ꝓprio eē dānū, q̄d Cōe incurrerere, occasione

occasione dictæ negligentiæ: ac etiam teneatur facere aptare, & refarcire capsas, hostia, fenestras, tecta palatii, & palatium ipsum Cois, & dictos fontes, etiam sine apodīsa aliqua. Insuper dictus Syndicus teneatur, ac debeat in loco habiliori deputato, seu deputan. per Concilii generale, omnes balistas, arcobulios-siue schoppettos, lanceas, bombardas monitiones, massaritias, & alia quæcunq; arma, & massaritias manutenere, & cōseruare: & eas semel in mense saltem explore, purgare, depuluerare cum lixiua, & oleo (ad ipsarū conseruationem) exactē lauare, & ungere, & alia opportuna adhibere.

De alio Syndico pro Cōmuni habendo in Curia generali. Rub. LIIII.

VT Sententiæ, & causę Cōmunis Sancti Iusti, ualeant defensari: hac lege duximus ordinandum, ut per D. Consalonerium, & Priores Cois eiusdem nominetur, & con ducatur unus Syndicus bonus, legalis, sufficiens, & expertus: qui cōtinuē alsistat in Curia generali Prouincię Marchię, ad profequendū, ac defendendum omnes iurisdictiones, lites, causas, differentias, & quæstiones quascunq; dicti Cois, ciuiliter, criminaliter, ac mistim. Cuius officium duret per annum, nisi per dictum Cōmune confirmatum fuerit: talis autem Syndicus sit, ac esse debeat forensis: & pro suo salario habeat annuatim, & habere debeat illud, quod per Dominos Consalonerium, Priores, & Concilium Credentiæ fuerit ordinatum: conditione personæ electæ, & deputatæ semper inspecta.

De Tubicina, seu Bayulo, & eius officio. Rub. LV.

BAYVLVS, Seu Tubicina, saltem unus, aut etiā plures in nostro deputetur Cōi pro mercedibus, & bandimentis a Consalonerio, & Prioribus, simul promittendis, di duobus mensibus in duos menses percipiendis, iuxtā mandata ipsorum Rgentium, & formam aliorum ordinamentorum, de expensis loquentiū. Qui bayuli, seu tubicinæ, post eorum solennitер prætita iuramenta de ipsorum officio bene, sollicitē, & legitimē exercendo teneantur, diligenter, & per ordinem sine mora explicare, & exequi omnia, & singula bandimenta Cois, uel occurrentia in Cōmuni, iuxtā Dominorum Priorū, ac deputatorum mandata, uel saltem cū licentia nostri Pote statis, seu eius Vicarii: & hoc sine aliqua mercede, præter salariū ordinarium: nec non teneantur ipla bandimenta iam publicata statim referre Cancellario nostri Cois, siue eius Vicegerenti, ita ut possint notari in libro Cōmunis. Pro specialibus uerō personis, aut eorū petitione, pro quolibet bandimento, possint consequi a faciente bandiri pro mercede ipsorum: solidum unum tantum, si in Palatio, siue Platea bandimēum publicauerint: si uero in alus locis publicis, ui delicet infrascriptis, & primū in platea publica, ante Palatium, aut portium, fecundum in capite terzerii Sancti Petri, ante domū hæredum Ioannis Baptiłæ Barnabei, & domū Marini Martelli, tertium in capite terzerii Sanctæ Mariæ, ante domum Cecchi Paccarelli, & hostium Ecclesiæ Sancti Augustini, quartum in triuio, ante portam Salę, quintum in triuio ante turrionem Reuer. Domni Victorii Bruni, sextum ante portā plebis, septimū ante Palatium olim Reuerendis. felicisq; memoriæ D. Domini Nicolai Bona Fides, Episcopi Clusini, octauū ante Domū, uel turrionē Marini Capparucci, nonū an te portā Damascenā, decimū in triuio ante domū Magistri Nicolai Sutoris: undecimū ante domū Reuereñ. D. Iacobi Martelli, sof. tres pro quolibet bannimento in dictis locis. Teneantur etiā, & debeant fine aliqua particulari mercede, omnes, & singulas citationes, & requisitiones bene, & diligenter exequtioni mandare, secundū formam cōmissionū eis faciendarū per nostrū Potestatē, Vicarium, uel officiale: uel alios potestatē precipiēdi habētes in criminalibus causis, uel quasi criminalibus, & et extraordinariis, & d. d. specti nibus ad officiū, uel officia nostrorū Regentiū. In ciuilibus uerō causis possint, ac debeant ad petitionem partis, alteram partem etiā fine officiali cōmissione, requirere, &

legitimè citare, secundum formam nostri statuti, & ordinis infra positi in tertio libro malefic iorum, in quarto de damnis datis, in secúdo causárum ciuilium, sub R. ub, de in ius uocando, siue citationibus in criminalibus. Quæ citatio, & requisitio ualeat, & sit ma sit ex quò per talem bayulum relata, & scripta per Notarium apud acta repertur, nisi apertè contrarium appareret, uel probaretur. Pro mercedibus uero dictarum citationum ciuilium ab ea persona, pro qua, uel ad cuius petitionem citauerit, si quidem intra Terram, & suburbia, seu burgos citationem fecerit, recipiat non ultra unum quadrantem: si autem extra Terram ipsam aliquem citauerit, si in prima signata, siue fenuata, seu lenata, sol. duos: in secunda, & tertia sol. quatuor, & si in minori, uel maiori spacio per trahatur. In merè uerò criminalibus citationibus, mandato alicuius officialis faciendis, nihil penitus præter salarium ordinatum, percipere ualeat. In missis autem causis, cuius modi sunt processus, turbatæ, uel occupatæ possessionis: pro citatione testium examinandorum sua per articulis, a parte producbis, uel producédis ad probationem sui iuris: ualeat bayulus mercedem recipere, prout expositum est in ciuilibus causis. Possint etiam, & debeant ipsi bayuli, & qualibet ipsorum, mandato, & commissione nostri reginiuis, Vicarii, uel officialis, facere, & exercere pignorationes, grauationes, exequutiones, præcepta, monitiones, notificationes, sequestrationes, inhibitiones, tenutarum dationes, ac rerum quarúlibet, captiones, & arrestationes, dationes, traditiones, ac etiam restitutiones, & actus alios, omnes, & singulos ad exequutionem, seu uigorem iusticiæ utiles, & opportunos: quæ omnia pro ut opportunè fuerint, explicare, exercere, & exequutioni mandare: & gestos factos, & explicatos referre, & tali relationi stetur, & credatur, nisi apertè contrarium probaretur. Ex quibus talibus actibus exequutiuis, supra enumeratis, & similibus, pro sua mercede a priuata persona, pro qua, uel ad cuius petitionem ipse actus fuerit explicatus: percipere pro bayulo non ultra quantitates infra adnexas, uidelicet pro quolibet pignore, summariè, & extraordinariè accepto, de quadrante uno usq; ad sol. x. pro qualibet tenuta rerum mobilium, uel immobilium, intra Terram: bolonenum unum extra Terram pro quolibet miliari distante: solidos tres, & in maiori, uel minori distantia, pro rata: pro qualibet præcepto, & pro qualibet notificatione, nec non, pro qualibet sequestratione, pro qualibet ipsorum actu, non eodem cótexto, fed diuersis uicibus explicato, uel explicando, sol. unum, & pro alio qualibet simili actu, similis merces simili modo recipiatur. Qui bayuli, & ipsorum quilibet teneantur, ac debeant uinculo iuramenti, & sub infrascriptis pœnis, bene, diligenter, sollicitè, & sine fraude exercere, explicare, & exequutioni mandare omnia, & singula eis commissa, & cómittenda, & semper ueritatem referre, & ab oppolito linguam coercere, nec fines mandatorũ excedere, per iniuriam, uel aliquã corrupteIam: nec ullam exequutionem pignoris, uel tenutæ facere sine speciali commissione officialis, & debeas singulis præstentaliter assittere Curiæ, & cori officialibus, & maximè tribus uicibus pro die qualibet, uidelicet a mane usq; ad tertiã: item in meridie, ac descrotinuesperis, & post uesperas, & nihilominus, quoties capana Cóis more consueto propsitis pulsabitur, uel etiam fuerint pro parte officialis, & Priorum requisiti, pœna x. sol. incurrãs. si per negligentiam non fe præsentẽt in Curia. Contrafacientes autem in non citando, uel non pignorando, aut non præcipiendo, notificando, uel exequendo, ex commissione officialis in criminalibus, uel quasi, in .xx. sol. den. uicequalibet puniatur, si per negligentiam omiserit: si uero per fraudem, in duplum puniatur, & ultra officialis arbitrio, pro modo culpe, & qualitate personarum, & negocii. Quorum consideratio in discretione, & uolũtate officialis persistat, & eadem, uel simili pœna irrogetur, etiam in ciuilibus iuxtà dictam distinctionem fraudis, uel negligentiæ, ubi spreta fuerit officialis commissio. Vbi uerò ad petitionem partis aliquis dictorum actuum fuerit explicãdus, fed tamen omissus a bayulo, puniatur ipse bayulus pro negligentia in dimidium pœnæ, supra statutæ: nisi talem negligentiã, uel omissionẽ fine fraude ex euidenti impedimẽto procesisse, officialis iudicabit: pro fraude autem puniatur arbitrio officialis, ut supra. Si uerò non in totum: sed particulariter

lariter in plus, uel in minus cõmissionis, siue mandati fines excesserit bayulus: aut etiam actum explicatum referre duxerit recusandũ, officialis arbitrio pro qualitate negocii puniatur. Sed ubi fine commissione in casibus non permissis aulus fuerit bayulus citare, pignorare, uel actum alium exequutiuum, cõtra aliquẽ facere, uel inferre s. in.xx. sol. den. pro qualibet uice, & plus, & minus, officialis arbitrio pro modo culpæ, & qualitate, negocii, puniatur. Caeterùm, si, quod absit, diabolica instigatione, falsitatem commiserit aliquis bayulus dolosè referẽdo aliud, uel aliter, q; in ueritate negocii fuerit. in.xxv. lib. den. & in maiori, uel minori pœna arbitrio prouidentia, & discretione iudicãtis, pro modo cul & qualitate negocii, uice qualibet condemnetur: quã pœnã si non persoluerit infra .xy. dies post condẽnationem, ligetur publicè ad catenam Cóis per guttur, & sic stet per tres horas ligatus, & exinde reducatur in carcere, & inde nõ liberetur, donec dictam pœnam soluerit in effectu, ne autem terrore, uel minis in eorum exequendo officio, ipsi bayuli ualeant impediri: decernimus ut ex his, quæ per uigorem, uel exequutionem præceptorum fecerint, uel commiserint, sine quibus commissionẽs, eis factæ, non potuerint expleri aut exequi, ad pœnas aliquas nullatenus teneantur, nisi ad supra statutas, quatenus excesserint, uel ad alias, eisdem specialiter constitutas. Et q; si eis in exequutione præd ictorum a quocunq; iniuria, uel offensio aliqua inferatur, uerbo, uel facto: delinquens in eidat in pœnam in singulis casibus dupplicandam. Insuper additur præsenti ordine, q; bayuli pignoratores nõ possint pro pignore auferre pãnos mulierbres, nec pannos lecti, nec etiam hostia domorum edificata, nisi in defectu caeterarum rerum non repertarum, & cũ expressa officialis cõmissione, sub pœna bayulo contrafacienti. x. sol. den. pro qualiber uice. Addentes q; tenuta, & pignora ad petitionem specialium personarum, ciuiliter accepta, uel accipienda, statim eadem die in præsentia testium, & Notarii inde rogati, debeant creditoribus principalibus assignasse; pro quibus ablata fuerint, uel custodienda alicui bono, & sufficienti uicino committere, sicut de principalis cõmittentis pignorationem processerit mandato. Alia uerò pignora per uigorem officii commissa, & acceptа, occasione malefici, damni dati, uel alterius extraordinariæ causæ recondantur non alibi, q; in domo Cóis, uel per Cõmune ad id deputandam, uel deputanda, sub diligentia, & claue, alioquin omne periculum ipsorum pignorũ sit bayuli, secus facientis: & nihilominus si per dictũ bayuli fieterit obferuare predicta, pœna quinq; sol. pro qualibet pignore, & ultra, officialis arbitrio puniatur, & restitutione pignorum: in duplum.

De pœna Bayuli uendentis, uel subpignorantis pignora, & creditoris, uel emptoris percipientis. Rub. LVI.

NEMO Terrigena, uel habitator Terræ Sancti Iusti, & eius districtus, audeat, uel præsumat ab aliquo bayulo nostri publici, qui nunc est, & pro tempore fuerit, aliqua pignora emere, uel subpignorare, uel quoquomodo recipere, sub aliquo quæsito colore absq; expressa licentia Potestatis. Quod si contrafecerit emens, uel sub pignore recipiens: pignus, uel pignora restituere teneatur, & precij, quod fuerit, perdat. Nullus autem bailus audeat, uel præsumat pignora quæ acceperit aliquod ipsorum uendere, uel subpignorare, absq; licẽtia supradicta, sub pœna uiginti sol. denariorum, & damni emendatione, pro quolibet pignore, & qualibet uice, in duplum.

De nouis terrigenis recipiendis. Rub. LVII.

CVM Publicæ & utiliteti, & honori, tũ rebus, cum hominibus abundare: maximè expediat. Idcirco presenti constituimus edicto, ut nostri Rectores curam, operam, ac diligentiam pro uiribus, adhibeant in augendo incolarum, terrigenarum, & habitatorum numero, & in attrahendo forenses ad habitationem, & perpetuam mansionem

nostræ Terræ. In quorum acceptatione, uidelicet dum eorũ aliquis expresse petierit se re cipi inter terrigenas, siue habitatores sub aliquibus pactis, exẽptionis, siue immunitatis: talis modus seruetur: uidelicet ut primo diligenter attendatur q. talis persona recipiẽda, si bonæ conditionis, uitæ, & famæ, ita q. in nullo sit, uel esse possit suspecta bono statui, & honoris huius Terræ: demum prehabita deliberatione Concilii generalis, recipiatur & gratiosè admittatur conterrigena noster. per Syndicum nostri Cõis ad id deputatum, uel deputandum; habitis fideiussoribus cũ efficaci promissione de imperpetuum habitando, nec ullatenus deserẽda habitatione. nec; per se, nec; sui familiam, ullo modo. Cui nouo conterrigenæ sic recipiẽdo, uel recepto, possit concedi siue promitti per ipsum Syndicum nomine dicti Cõis, exẽptio, & immunitas omnium, & singulorum onerum, & ob sequiorum personalium, usq; ad. x. annos, ab inde proximè sequuturos. Quæ quidem omnia, & singula receptiones, promissiones, exẽptiones, & pacta, prout facta fuerint. ita per ordinẽ transcribantur, ac registrentur manu Cancellarii, uel eius Vicegerentis, in uno speciali libro membranarũ, deputato, uel deputando, & in capsa recondendo: ita q. ea semporis, & aliarum rerum conditione, & qualitate, absq; fraude, & detrimento, in perpetuam memoriã conseruẽtur: & ad maiorem cautelam disponimus, q. annuatim in mẽse Maii dictus liber exẽptionum totus, cum omnibus in eo contentis, uulgari sermone legatur in generali Concilio, ad plenam intelligentiam Conciliariorũ astantium. Iubemus etiam ut noui conterrigenæ, & habitatores, bonæ conditionis, uitæ, & famæ, cum eorum familiis, & rebus, per nostras terrigenas, uinculo iuramenti eorũ, benignè, fauorabiliterq; pertractentur, ac etiam protegantur, & omnibus, & singulis beneficiis, protectionibus, & fauoribus nostri Cõis potiantur, & gaudeant, quemadmodum cæteri nostri terrigenæ: qui quidem ordo, & priuilegium nõ uendicet sibi locum, in olim conciunbus, & cohabitatoribus nostris. Qui de nouo sub aliqua exemptione, posti iam deseruerint, recipi non possint, & recepti non gaudeant, nisi expressa, & speciali deliberatione Concilii generalis ritè obtenta.

Quomodo datiuæ pro tempore fuerint imponendæ. Rub. LVIII.

ORDINAMVS, Quòd quælibet datiua, seu collecta, quæ pro tempore in Terra Sancti Iusti fuerit imponenda: ponatur per arrecium, secundum possessiones cuiuslibet personæ dictæ Terræ, & habitantis in ipsa, & eius districtu, albiratas, & apprecciatas in Catasto Cõis dictæ Terræ: salua datiua, quæ imponerentur pro salario Potestatis, Vicarii, Notarii, & bayulorum: quæ pro tumante ponatur, & soluatur: & salua datiua, quæ imponerentur pro soluẽdo afficto Curiæ generalis, & de denariis fratrũ Sancti Augustini, quæ per tumantem simili modo soluantur. Hoc est q. in eis, & qualibet earũ, personlenda, quilibet tumans aliquod tantum persoluat, & saluo, q. si Cõmune, uel alius pro dicto Cõmuni, emeret aliquam possessionem uel rem, & pro soluendo precio dictæ rei, uel possessionis emptæ, datiua aliqua imponerentur, ipsa datiua imponatur per tumantem. Si uerò homines particulariter irent in exercitum, mandato Rectoris Prouinciæ, uel alia ratione uel causa, siue ab initio Cõmuni mandaretur, uel aliquo alio modo Cõmune, uel speciales personæ requirerentur, uel cogerẽtur q. certam taxationem, & quantitatem hominum, in exercitum mitterent, siue q. homines requirerentur, ut irent generaliter, & per Cõmune, siue ipsi Cõmuni fieret aliqua taxatio pecuniæ, & Cõmune talis exercitus, uel taxationis occasionẽ imponere uoluerit aliqua datiuam, ut imponi debeat medietas per arrecium, & medietas per tumantem. Quod arrecium, & Catasti, Cancellarius Cõmunis, uel eius Vicegerens, cõseruare debeat, & teneatur; & intelligatur exercitus generalis, quando generaliter omnes homines nostræ Terræ irent in exercitum, uel de qualibet domo unus, uel si præceptum esset dicto Cõmuni, ut omnes homines ire de berent; & gratia dicti Cõmunis, aliqua taxatio fieret, q. certa quantitas hominum ire

deberet. Si uerò præceptum esset ut certa quantitas, siue numerus hominum ire deberet; non intelligatur exercitus generalis. Item ordinamus ut Rector dictæ Terræ uin culo iuramenti, & pœna quadraginta sol. den. de suo salario, non faciat claudi, nec serratas retineri portas dictæ Terræ, pro aliqua datiua colligenda: & nemini pro aliquo debito, quod a Cõmuni habere deberet, datiuam compellare, sub dicta pœna, & pecuniam compensatam de suo proprio Cõmuni restauret. Pro qua datiua colligenda, Rector eligi facciat in Concilio generali tres cultores, de quolibet terzerio unum: Qui cultores Camerario Cõis eam restituant, & Camerarius eam expẽdat, in eo pro quo imposita, & exacta fuerit, & nõ in alio, sub pœna. x. lib. den. Camerarius uerò Communis aliquam pecuniam per Rectorem: colligere non cogatur, & damnum quod ei imponeretur, uolumus nõ ualere. Debeat tamen Camerarius colligere datiuam imponendam, usq; ad quãtitatem duodecim denariorum pro fumante, quoties imponeretur.

De his qui diuisi sunt a patre, & consortibus. Rub. LVIIII.

ITEM Ordinamus, q. filius familias, & cæteri homines nostræ Terræ, qui de per se diuisim a patre, ab aliis suis uel suorum quolibet, hic federint, habitauerint, & fumum fecerint, dum modo possideant in bonis, ultra censum. xxv. florenorũ: & hoc seu de proprio, seu dotali, teneatur soluere quamlibet datiuam, seu licet apprezi, & fumantis, ut alii terrigenæ, & habitatores, & pro fumatibus Cõis scribantur, & scribi faciant, sub pœna. xx. sol. den. pro quolibet prædictorum. Si uerò dicti filii familias cum eorum patribus, familiis, & consortibus cohabitauerint, & omnia eorum bona cõmuni cauerint, tam datialia, q. undecunq; quæsita. Fumantibus diuisis non ponantur: sed datiuæ per arrecium cõmuniter soluãt pro omnibus eorum possessionibus: & emptor de possessionibus ante, & dotem recipiens, pro possessione dotali, pro uenditore, uel donatore, datiuam propter arrecium soluat, quousq; dictæ possessiones fuerint scriptæ in apprezio emptoris, uel dotem recipientis, sub pœna quinq; sol. den. uice qualibet. Et nihilominus ad dictam datiuam soluendam cogatur, & de hoc stetur sacramento uenditoris, uel donantis.

De datiuis in Concilio imponendis. Rub. LX.

INSVPER. Quandocunq; contigerit aliquam datiuã, seu collectam pro aliquibus debitis, uel actionibus Cõis imponendam esse. Priores qui pro tempore fuerint, tinculo iuramenti ponant eam in Consilio generali, & in eo deliberetur, an fuerit imponenda; & quicquid in dicto Concilio deliberatum fuerit, fiue obtentum, plenam obtineat roboris firmitatem, non obstante capitulo aliquo, in contrarium loquente.

De hominibus eligẽdis pro conseruãdis uiis, & aliis ædificiis Cõis. Rub. LXI.

STATVIMVS, Et ordinamus, ut per Dominos Priores, qui pro tempore fuerint, annuatim eligantur in Kl. A prilis tres idonei, fideles boni, & legitimi uiri, uidelicet unus de quolibet terzerio: qui ire debeant, & teneantur, unã cum nostro Syndico generali, tam intra Terrã, q. extra, ad reuidẽdum uias Cõis, & etiam uicinales, muros, fontes, puteos, fearpas, foueas, & alia ædificia nostri Cõmunis, & etiam molendinos, si defectu ui cinorum, uel aliter horum aliqua forent deuastata, apprehensa, uel occupata, & quæcunq; deuastata, apprehensa, uel occupata inuenerint: Rectori referre debeant. & tenentur, ut ea faciat reparare. Et prædicta Rector fieri, & exequi facere teneatur, sub pœna. x. lib. den. iuxta iuramentum, pro qualibet uice, qua negligens, seu remissus extiterit, auferenda. & talis occupans, uel deuastans, si relassare, seu reaptare neglexerit infra terminum sibi assignatum, siue assignandum per Rectorem, uel officialem: puniatur in decem lib. den. pro quolibet, & uicequalibet, qua contrafecerit: alis statutis de materia loquentibus sem per saluis in præsenti uolumine descriptis.

De Ambasciatoribus eligendis, & eorum salario, ac mercede. Rub. LXII.

SAEPE Sæpius quoniam solet accidere, ut non literis, sed uiue uocis oraculo, negocia debeant explicari publica. Statuimus, ut quotiescunq; opus fuerit pro aliqua instanti necessitate, uel pro euidenti utilitate, uel honore Cóis: mittere Ambasciatores, per Dominos Consilenarium, & Priores, qui pro tépore fuerint: elegantur, ac deputentur nomine nostri Cóis unus, uel plures Ambasciatores ex diseretis, & fidelibus terrigenis nostris, prout ipsis Dominis Consilenario, & Prioribus uidebitur, & placebit, & prout res postulabit. Qui Ambasciator: uel Ambasciatores, sic electus, uel electi, prius, & anteq; de Terra discedat, uel discedant: pro ambasciata, sue negocio, sibi imposita, uel impositis, explicanda, uel explicando, solenniter iurare debeat, uel debeant, & teneatur se bene, fideliter, legaliter, ac sollicitè, ambasciatam sibi impositam, & omnia, & singula sibi commissa negocia, exponere, explicare, & proposse exequutioni mandare, prout ab ipsis Dominis Consilenario, & Prioribus habuerit, uel habuerint, in mandatis: & plus, & minus, prout sibi usum fuerit, pro euidéti, & manifesta utilitate, uel honore nostri Cóis. Et sem per ueritatem responsi habiti referre, integrè, & nó diminutè, etiam ab opposito linguam coercere: nec finis mádati excedere per aliquam iniuriam dedignatione, uel animi fraude. Et talis Ambasciator, uel Ambasciatores, sic electus, & missus, uel electi, & missi habeant, & habere debeant pro eorum salario, & mercede infrascriptas solutiones, uidelicet, si solus, & eques: pro se, & equo, pro qualibet die fi nó pernoctauerit bol. xxiii. Si autem solus, & eques, & pernoctauerit, pro qualibet die pro se, & equo, bol. xxxx. Si pedes, seu pedester, ac solus, & non pernoctauerit, pro qualibet die bol. xii. Si pedes seu pedester, ac solus, & pernoctauerit, pro qualibet die bol. xx. Si uerò duxerit familiarem, eques, uel pedes, seu equester, uel pedester, pernoctando, uel non pernoctando: sumptus, & expensas, ac salarium familiaris, nostra Communitas de per se soluere teneatur.

De Ambasciatoribus dandis alicui nostro Terrigenæ. Rub. LXIII.

STATVIMVS, Et ordinamus, ut siquis noster contertigena petierit a Dominis Consilenerio, & Prioribus aliquem Ambasciatorem, uel aliquos Ambasciatores, pro aliquo proprio suo facto seu negocio exequèdo: ipsi Consilenarius, & Priores pos sint ipsum Ambasciatorem, uel ipsos Ambasciatores petentibus, ac expensis petentis, uel petentium, quoties fuerit postulatum, dare, & concedere: dummodo dicta ambasciata directè, uel per obliquum non resultet uerecundiam, aut dammum nostri Communis.

De pœna Ambasciatoris, qui impetrauerit literas, seu procurarer simul alienum factum. Rub. LXIIII.

QVICVNQVE Iuerit Ambasciator Cóis: non possit, nec debeat impetrare, nec extrahere aliquas literas a Summo Pontifice, uel aliquo Rectore Marchiæ, aut Vicario, contra Cómune nostrum, uel alienam personá: nec aliquod suú factum, uel alienum negocium tractare seu procurare: nisi factum sibi a Cómune commissum. Et qui contrafecerit, soluat pœnam .xxv. lib. den. ipso facto Communi applicandarum.

De pœna Núcii transgredientis mandatú, & Credentiá reuelantis. Rub. LXV.

AMBASCIATAM Faciens pro parte Cóis in plus, uel aliter, q̃ in cómissione habuerit a mandante, seu destinante: si quidé talis excessus, siue trásgressus fuerit, uel esset Cómuni nostro damnosus, uel suspectus: condemnetur in centú lib. den. pro qualibet, & uice qualibet, ac priuetur omni honore officio, & beneficio nostri Cómunis.

Et qui

Et qui aliquam Credentiam Cóis iuratam, & sibi impositam aut q̃ publicetur per Cómune, reuelauerit, uel publicauerit in dammú, uel prejudicium ipsius Cóis, in .xxv. lib. den. puniatur de facto, & sine diminutione, & priuetur omni honore officio, & beneficio nisi Cóis: & de tali suspitione, uel dáno Cóis, in quolibet dictorú casuú fiat arbitrio, & declarationi nisi Prátis, uel eius Vicarii una cú D. Consilenerio, & Prioribus, uel maiori parte ipsorú.

De Vexillo, seu Consalono habendo a Communi. Rub. LXVI.

STATVIMVS, Et ordinamus, ut continuè habeatur per nostrum Cómune unum honorabile Vexillú seu Consalonum de serico rubeo: desit seta cherm esina: in cuius summitate designata seu depicta sint Arma, & Insignia Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ: medio autem Arma nostri Cóis, prout patet hic in figura, inserius descripta. Quod Vexillum consignetur per Potestatè nostræ Terræ cuilibet Consalonerio in principio sui officii Consalonerius. Qui Consalonerius ad Sanctæ Dei Evangelia, iurando promittat, ac iurare, & promittere teneatur dictum Vexillú, siue Consalonem in Palatio Dominorum Priorú: uel ubi non esset deputatum Palatiú pro sua, & Dominorum Priorum residentia: in domo sue solitæ habitationis, fideliter, diligenter, sollicitè, constanterq; tenere, conseruare, atq; defendere. Et ipsum Vexillú, seu Consalonum nunq̃ extrahere, nisi in fine sui officii Consalonerius, ut ipsum restituat successoribus regentibus nostræ Terræ: prout euidenti, & probabili causa, & conseruatione status Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ, & Cómunitatis nostræ: & nisi tépore, quo celebrabit festú Sancti Tostani Aduocati, & Protectoris nostræ Terræ: die prima Iunii annuatim: & in festo Sáctę Mariæ de Misericordia, die secunda dicti mensis Iunii. Et si contrafecerit dictus Consalonerius, extrahendo dictum Vexillum, siue Consalonum temerarié, uel fraudulenter. & tali modo, ut ueri similiter posset dubitari de aliquo scandalo, uel detrimento status Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. & Communitatis nostræ, in ducentis libris denariorum puniatur, & in maiori pœna arbitrio Potestatis.

De Prædicatore singulis annis habendo, expensis Cómunis. Rub. LXVII.

EX Iure Diuino sancitum est, hominum animas, cæteris rebus omnibus præferendas esse. Idcirco præsenti lege decernimus, ut Magnifici Domini Consilenarius, & Priores, qui pro tempore fuerint in mense Ianuarii singulis annis, uinculo iuramenti, teneantur, ac debeant perspicacem, & optimæ uitæ morum, famæ, scientiæ: & conscientiæ: Prædicatorem perquirere, & conducere: cuius officium sit prædicandi in loco habitat nostræ Terræ: quadragesimali tépore. Cui quidem Prædicatori per Concilium Credentiæ decernatur merces cóueniens, prout ipsis uidebitur diuino intuitu faciédum: Et quoniam hæc res ut longe alijs præferenda est: sta hac lege obseruari penitus prædicta decernimus sub iam dicto uinculo iuramenti, & pœna centum solidorum denariorú, pro quolibet de facto asserenda. Insuper uolumus: ut si Concilio prædicto Credentiæ undebitur dictum Prædicatorem fore conducendum, ultra dictum quadragesimale tempus, ac etiam per annum, cum digna mercede dictum Concilium posint, & ualeat conducere.

De Medico per Commune habendo. Rub. LXVIII.

QVIA Hominum sanitas debent rebus quibuscunq; mortalibus præferri: ideo annuatim in festo omnium Sanctorum, uel saltem in prima Dominica proximè sequenti, uel quandocunq; opus fuerit, Domini Consilenarius, & Priores, qui pro tempore fuerint, uinculo iuramenti teneátur, ac debeát a d hoc specialiter conuocari facere Concilium generale, & in dicto Concilio proponere de habendo in Communi unum

bonum,& expertum Medicum Communis expensis,cum eo salario,pro quo melius, & cõmodius haberi poterit, & prout per dictum Consilium disponeretur: ita ut Medicus penitus bonus habeatur, & sine eo nostrum Commune nullatenus remaneat. Et Potestas qui pro tempore fuerit.etiam uinculo iuramenti, & pœna uigintiquinq; librarum de nariorum,nostro Communi applicandarum,teneatur in prædictis fauorem dare, & operam efficacem præstare,ut prædicta omnia exequutioni mandentur.

De Magistro Grammaticæ conducendo. Rub. LXIX.

QVIA Peritorum industria Mundus gubernatur, ac regitur; Idcirco in calẽdis Augusti, uel post usq; ad festum Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Potestas noster,uel eius Vicarius,nec non Dominꝰ Consalonerius, & Priores uinculo iuramenti, & pœna quinquaginta lib. den. possint.teneantur,ac debeãt in publico,& generali Consilio nostri Cõis,proponere,& deliberari facere de bono,& experto Magistro Grãmaticę pro Cõmune inueniendo,conducendo,atq; tenendo per totum annum tunc sequentem, ad edocendos pueros,iuuenes,& personas uolentes in litteraliscisplina proficere. In cuius,& pro cuius Magistri stipendio expendantur,expẽdici possint de bonis Communis, usq; ad quindecim ducatos: ita ut semper cõsuetis tẽporibus,ac debitis, Magister Grammaticę penitus habeatur,etiã cũ maiori salario,q̃ dictũ est.Cõis expensis fi opus fuerit,& pro minori haberi non poterit, si de maiori deliberatum fuerit per Concilium generale.

De Fraternitatibus, & licitis Collegiis. Rub. LXX.

FRATERNITATIBVS. Et Collegiis Artium,ac etiam frustratorũ consuetis in nostra Terra liceat congregari,& in unum conuenire,cõmuniter,ac diuisim quoties ei, uel eorum aliquo uidebitur expedire: causa præuidendi, & prouidendi super arribus ipsarum : uel honorandi aliquod festum, uel aliquem ipsorum honorandum ad funus, & super piis causis, & miserabilibus : & eorum ordines in prædictis, & quolibet prædictorum ualeãt,& exequutioni mandentur.& possint inter se aliquem principalem facere,cui obediatur in prædictis : & nostrum Regimen interponat partes eius,& fauorem in faciendo obseruari prædicta.

De electione Catasterii, & eius officio,iuramento,& salario,& de concatastriis habendis in rebus dubiis. Rub. LXXI.

STATVIMVS, Et ordinamus, ut in Concilio generali tẽpore reformationis nostri Regiminis eligatur,ac deputetur unus Notarius terrigena,legitimus,& intelligens : cuius manu Catasta, siue apprœtia possessionum existentium in Territorio nostræ Terræ. gubernentur,& conseruentur in capsa sibi consignanda per Cõmune in Cancellaria nostra. Qui Notarius sic electus teneatur, possit, ac debeat ad requisitionem omnium quorumcunq; interesrit,leuare de apprœtio unius,& ponere in apprœtio alterius, possessiones quascunq;,prout de cõmuni ambarũ partium,concordia,& uoluntate processerit,dũmodo non ponatur alicui personæ, Collegio,uel Ecclesiæ,quæ,uel quod constringi non possit ad soluendam nostro Communi debitam collectam pro extimo talis rei, absq; expressa licentia Concilii generalis. Qui Notarius in primis, & ante administrationem sui officii iurer, & iurare teneatur,ac debeat dicta catasta bene,fideliter,& legaliter conseruare,manutenere,& in eis ponere,& leuare possessiones quorumcunq; interesrit : si quidẽ ut supra fuerit requisitus bona fide, & sine fraude aliqua : & habeat,habereq; debeat pro suo salario,& mercede pro demptione,& positione cuiuslibet peciæ terræ,quatrenos quatuor,uidelicet quatrenos duos a parte de uetus apprœtio leuatur,& quatrenos

duos

duos à parte, in cuius apprœtio ponitur : sine aliqua diminutione. Iusper ordinamus, ut si aliqua dubitatio : uel aliquis error,aut contentio eueniret in ponendo, uel leuando, addendo : minuendo,uel permutando : uel aliter quòmodocunq; aliquas res in dicto catasto : per nostrum Concilium generale tempore renouationis prædictæ nominentur, eligantur,ac deputentur duo boni uiri graues, & legales : qui Catastarii nominentur. Et de iplorum Catastariorum consensu,auctoritate, consilio, & mandato dictus Notarius teneatur : possit,ac debeat in dictis catastis, in quacunq; parte opus fuerit corrigere, describere,ponere,& leuare : addere,& diminuire in extimo,& apprœtio cuiuscunq; in nostro catasto descripti,siue in posterum describendi : prout,& sicut à dictis duobus Catastariis,bonis uiris habuerit in mandatis. Et quicquid positum, leuatum,additum, & diminutum,factum, correctum,& permutatum fuerit de mandato prædictorum Catastariorumꝰ ratum,& firmum sit,& inuiolabiliter obseruetur,auctoritate præsentis statuti.

De renouatione Catasti. Rub. LXXII.

CVM Obmemoriæ debilitatem interdum catasta non reficiendo, siue renouando,multa iura : & apprœtia,tam Communis,q̃ priuatarum personarum fraudentur, & multocies deperdantur. Ideo statuimus,& ordinamus,ut uolumina nostrorum Catastorum, in quibus descripta sunt apprœtia Communis, & specialium personarum. Domini Consalonerius, & Priores,qui pro tempore fuerint,teneantur: ac debeant sem per,ac perpetuo,de quadraginta annis,in quadraginta annos : prædicta scribi, corrigi,& renouari facere in membranis,sumptibus,ac expensis nostri Communis, sub uinculo iuramenti, & pœna uigintiquinq; lib. denariorum pro quolibet ipsorum contrafacientes.

De Archiuio,& capsa Communis,pro conseruatione priuilegiorum,scripturarum : & actorum. Rub. LXXIII.

QVAE Maioris momenti nosciuntur, ampliori decet cautela recondi. Pontificalia igitur, ac nostri Communis iura, & priuilegia in capsa Communis : & alibi ubicunq; fuerint,pro tempore diligenter reculadatur : & custodiantur in una capsa forti ponenda in Sachestia Plebis Sancti Iusti,sub tribus claubus : quarum una sit apud Reuerendissimum Plebanum dictæ Plebis : altera apud Dominum Consalonerium : alia uerò apud aliquem bonum uirum deputandum per concilium generale. Adhicientes ad memoriam firmiorem,ut omnia supradicta iura, & priuilegia,tam habita,q̃ habenda, copientur, & publicentur : ac de ipsis nuenturis ordinata conficianter legenda semel in generali Concilio tẽpore cuiuslibet Prioratus. Et cùm opus fuerit,ipsa iura, & priuilegia exhiberi, non originalia ipsa : sed eorum copiæ deferantur, nisi euidens necessitas aliter suaderet. In qua quidem capsa similiter reponatur, & conseruetur,parua capsula Communis,in qua iacent,ponuntur, & positi sunt omnes buxuli Reginimum dictæ Terræ. Libri uerò,& scripturæ actorum, reformationum,condemnationum,introituum, & exitum Communis : & similes scripturæ,apud Cancellarium in aliqua bona : & firma capsa,uel camera clause clausa,similiter tribus claubus : diligenter conseruandę persistant. Quorum : & quarum, nemo possit inspector, uel copiator fieri : nisi in præsentia Cancellarii, uel sui uicegerentis, uel duorum saltẽ ex Dominis Prioribus : ita ut dicti libri, nec aliquis ipsorum extrahantur de Palatio Communis. Item.q̃ in aperiendo aliquam capsam : uel cameram prædictarũ,semper debeãt interesse personaliter Domini Consalonerius, Priores : & Camerarius, uel maior pars ipsorum : nec nõ Cancellarius cum aliis saltem tribus terrigenis, per eosdem decernendis. In quorum etiam præsentia prospiciantur, tangantur, & etiam reculadantur : sub pœna contrafacientium centum solidorum pro quolibet,& uice qualibet.

De Registro Communis. Rub. LXXIIII.

STATVTVM Est insuper, & prouisum, ut in communi habeatur liber magnus chartæ papyri, cuius nomine sit Registrum Communis: in quo per ordinem manu cuiusliber Cancellarii scribantur summę omnium quantitatum introituum, & exituum Communis peruentorum, & erogatorum, seu expensorum, tempore cuiusliber Prioratus: ita ut clarè patere possit, quantum in introitibus, & quantum in exitibus, fuerit tempore cuiuscunq; Prioratus. Et in fine officij cuiusliber Camerarij, liber sui camerariatus reuideatur, rationetur, & calculetur per rationales nostri Communis, ad hoc deputandos. Et calculus prædictus in dicto registro, simili modo scribatur, & similiter oēs alij calculi librorum collectarum, censuum, & afflictuum nostri Communis, in eodem libro describantur. Præterea in alia spatiosa parte dicti registri, manu prædicta scribantur, ac registrentur omnes, & singulæ solutiones talearum, & subsidiorum, censuum, & afflictuum nostri Communis: in eodem registro, & similium rerum, & quantitatum solutarum, & persoluendarum Reuerendæ Cameræ, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, uel aliis pro ea cum commemoratione loci, temporis, & personæ, nam soluentis, q̄ recipientis. Nec non registrentur ibidem singulæ quietationes factæ, & faciendæ de talibus, & similibus solutionibus Communis, de uerbo ad uerbum: ac de cæteris similibus Communis expensis factis, & faciendis: ita ut perpetuò clareat, & elucelcat: quibus, per quos, in quantum, & in qua causa huiusmodi solutiones, & expensæ fuerint factæ. Et ad maiorem cautelam, quilibet Camerarius, teneatur, ac debeat de omni solutione, per eum facienda maioris quantitatis decem ducatorum, recipere pro Communi expressam, ac plenam quietationem. Dum autem solutio fit creditori, aut alteri pro altero, sicut contingit in Ambasciatoribus, seu Nunciis, qui mittuntur aliò per Commune ad soluendum, recipi confessio expressa de receptis, ut supra debetur. Quarum quietationum, confessionum, & receptionum quæq; clarè, distinctè, ac plenè de iure per manu Cancellarij, uel sui uicegerentis, ex debito sui officij, & absq; alia mercede recipiendæ: scribatur, registretur, & redigatur in libro, & registro prædicto: non obstantibus scripturis factis, & faciendis in particularibus libris Camerariorum.

De cippo Communis construendo: qualiter detineantur eius claues, qualiterq; aperiatur, & quid faciendum sit de pecunia in eo inuenta. Rub. LXXV.

NE Fraus aliqua in ære nostri Communis ualeat committi: hæ nostra sanctione duximus ordinandum, ut per nostrum Commune semper habeatur unus cippus ligneus diligenter ferratus, ac bene clausus duabus claubis, & affixus in sala magna Palatii nostri Communis iuxtà Tribunal consuetum: in quo cippo mittātur, & includantur omnes, & singulæ quantitates den. persoluendæ, tam pro capitibus sol. q̄ etiam pro productionibus scripturarū. Et cętere solutiones faciendę ad bancum iuris nostro Cōi, uigore nostrorum ordinamentorum: ac etiam pœne excellium, seu maleficiorum, cuiustodiarum contentionum, & mandatorum, quantęcunq; quantitatis fuerint, immittantur, & includantur, nec non omnes aliæ extraordinariæ quantitates denariorum, de quibus ad nostrum Dominū Potestatem non perueniret pars aliqua, uigore nostrorum ordinum. Cuius cippi claues, conseruentur, & conseruari debeant sub solenni: ac speciali sacramentali promissione, de fideliter, ac diligenter eas conseruando, unà uidelicet per Dominum Consalonerium, alterā per unum ex Dominis Prioribus pro tempore existentibus in dicta Terra. Et cippus prædictus non aperiatur absq; præsentia, & consensu præfatorum Dominorum Consalonerii, & Priorum, uel maioris partis ipsorum, & cum præsentia etiā D. Potestatis, uel eius Vicarii, Cancellarii, & Camerarii nostri Communis. Et omnes, & singulæ quantitates denariorum, quæ in dicto cippo reperirentur, palām

palām inter ipsos omnes, ibidem astantes: extrahantur, numerentur, consignentur, ac dentur dicto Camerario, pro tempore existenti, pro nostro Communi recipienti, & annotentur, & describantur in libro introitus sui camerariatus, omnes, & singulę quantitates pecuniarum ipsius Cippi, cum die extractionis ipsorum denariorum.

De Sigillis habendis in Communi, & de eorum conseruatione. Rub. LXXVI.

CVM Consonum, atq; necessarium sit nostræ Communitati ad fidem, & cautelam agendorum, semper sigilla certa habere. Statuimus, ut perpetuò in nostro Communi sint, ac esse debeant duo sigilla ex auricalco, siue ottono dispariis formæ, uidelicet unum magnum, & alterum paruum. Quorum in maiori, cuiusq; medio sit sculpta imago, seu figura gloriosissimi Confessoris Sancti Iusti, Protectoris, & Aduocati, cum duobus scutis, uidelicet uno in quolibet latere dictæ figuræ, in quorum uno sint sculpta insignia, siue arma S. R. Ecclesiæ, in altero uero sint sculpta insignia, siue arma nostræ Comunitatis, uidelicet campus cum tribus sbarris: In altero uerò sigillo paruo inq; ceno ipsius sint sculpta in quodam paruo scuto arma prædicta nostri Communis, ut patet hic in figura in margine depicta. In quorum sigillorū, & cuiuslibet eorum circulo, sint sculpętæ hæ literæ, uidelicet Sig. Communis S. Iusti. Quę Sigilla ambo, & in simul, asseruentur cuilibet Consalonerio, in principio sui officii Consalonariatus, per Consalonerium, præsseforem eius. Qui Consalonerius, recipens ea Sigilla, ad Sancta Dei Euangelia iurando promittat, ac iurare, promictereq; teneatur, dicta Sigilla, & quodlibet ipsorum, bene, fideliter, ac diligenter, sollicitè, constanterq; tenere, conseruare, atq; defendere, neq; Sigillorum ipsorum, uel alterius eorum, impressionem apponere, uel apponi facere, uel apponi permittere, in literis, capitulis, neq; aliqua scriptura in prejudicium, ac detrimentum Status Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Communis Sancti Iusti, uel alterius singularis personæ, absq; expressa licentia, & uoluntate Consilii generalis, & fi contrafecerit dictus Consalonerius sigillando, siue impressionem apponendo, siue sigillari, & apponi faciendo temerariè, uel fraudolenter, & tali modo, ut ueri similiter posset dubitari de aliquo scandalo, uel detrimento, Status Sanctæ Matris Ecclesiæ, & Communis nostræ Terræ, uel singularis personæ, contra uoluntatem nostri Communis, quin quaginta librarum denariorum pœna multetur pro qualibet uice, & plus, & minus, arbitrio generalis Concilius secundum qualitatem excessus, & culpę.

Quòd eligantur duo boni Viri defensores Iurium Pupillorum, adulterum, prodigorum, & mentecaptorum. Rub. LXXVII.

PIVM Quidem opus existimamus miserabilium personarum curam gerere, eisq; fauere. Ideo statuimus, & ordinamus, ut in nostro generali Cōcilio eligantur, & imbuxulentur in quodā speciali buxulo octo boni uiri, ex nostris terrigenis: ex quibus duo annuatim extrahantur ad soleniter in nostro generali Concilio de mense Ianuarii cura finem, & sic succedsiuè, donec dicti octo uiri omnes extracti fuerint: ac demum iterum, reimbuxulentur, ita ut ipsum buxulum perteuò durer. Quorum duorū uirorum officium duret per annū: Hi autem primò iurent, & iurare teneantur in manibus Potestatis, solicitè, ac diligenter perquirere, & inuestigare, una cū dicto nostro Potestate, qui pro tēpore fuerit: & de informare de quibuscunq; pupillis, adultis, prodigis, & mētecaptis, & prouidere, ut eis dēur tutores, uel curatores, secundū formā statuti positi sub Rub. xxvi. Ciuilium, qui debeat esse tutores pupillorum, & prouidere, ac eis sollicitè, effectualiterq;

operari · ut dicti tutores, & curatores dati, uel dandi, omnia faciant, exerceant, & operentur secundum formam statutorum positorum in ciuilibus, sub Rub.XXVIII. de ratione reddenda a tutoribus, & curatoribus: ac etiam sub Rub.XXIX. de curatore, prodigi, & furiosi, uel mentecapti. Qui duo boni uiri, sic extracti · si in exercitatione sui officii fuerint negligentes: puniantur, & condemnentur pœna decem librarum denariorum. & plus, & minus secundum qualitatem delicti, uel negligentiæ, arbitrio Domini Potestatis, qui pro tempore fuerit.

De modo annuatim conscribendi segetes, seu bladas, uinum, ac bestias pro collecta soluenda. Rub. LXXVIII.

FREQVENS, Ac ineuitabilis expensarum occursus ad exacti, & æqualis prouentus indaginem · non minus necessarie · q̃ rationabiliter nos inducit. Hac igitur sanctione statuimus, ut Domini Consalonenius, & Priores, qui pro tempore fuerint, debeant, & teneantur sub pœna decem librarum denariorũ pro quolibet contrafaciente, annuatim in calendis Iulii bandiri facere de uolentibus scribere bladas ad ianuas, seu portas nostræ Terræ · & duos scriptores tantummodo eligere magis, idoneos, melioresq; nostrum Commune melius pertractaturos, cum salario · & pactis, prout dictis Dominis Consalonerio, & Prioribus uidebitur · & placebit: de denariis Communis soluendis, udelicet unum scriptorem ad portam Blebis, alterum ad portam Damalcenam, seu Moysi. Qui scriptores teneantur · ac debeant continuò per se, uel aliũ idoneum subsiti tutum, tota die, donec tota nostra seges, seu blada recollecta fuerit ad portam sibi statutam, scribere suo iusto iudicio omnes, & singulas quantitates bladæ, quæ remittuntur, uel afportantur a quacunq; persona intra Terram Sancti Iusti per portam prædictam, a le conductam · sub pœna uigintiquinq; solidorum, pro quolibet contrafaciente, & quale bet uice. Et dicti Domini Consalonenius, & Priores pro tempore existentes, etiam ante nutum Calendis Nouembris, eligant salario nostri Communis bonum expertum, & legitimum Magistrum Geometram, stagiatorem seu mensuratorẽ, qui habeat stagia mensurare totum uinum purum, seu mustum, quod illo anno reponi contigerit in dicta nostra Terra a quibuscunq; personis cum præsentia unius Notarii dictæ Terræ per dictos Dominos Consalonerium, & Priores deputandi, & eligendi. Qui quidem Notarius particulariter, ac diuisim omnes quantitates uini prædicti, teneatur scribere · & in scriptis redigere. Et in Calendis Octobris annuatim, seu singulis annis, Domini Consalonerius, & Priores faciant, & facere teneantur bandiri, q· omnes habentes animalia cuiuscunq; generis, ac temporis in dicta Terra Sancti Iusti, & eius Territorio, teneantur, ac de beant infra terminum octo dierum proximè futurorum, dare in scriptis Cancellario nostri Communis, uel eius uicegerenti omnia, & singula eorum, & cuiuslibet ipsorum animalia retenta, & habita in dicta Terra, & eius districtu, cuiuscunq; generis, ac temporis, sub pœna uigintiquinq; solidorum pro qualibet bestia non afsignata infra dictum terminum de facto tollenda. Qui Cancellarius, ut supra dicta animalia · seu dicas bestias scribantur in libro Cõmunis autentico teneatur, præsertim semper prius dictis scriptoribus, ac mensuratoribus effectuali iuramento de bene, & fideliter exercendo eorum officio.

De fauore Communibus rebus exibendo literatis maximè personis, nec in contrarium patrocinando. Rub. LXXIX.

COMMVNIS, Et publicæ utilitatis defensio · licet plurimis, ac ferè omnibus uideatur incumbere · illis tamen potissimè congruit, qui literarum peritia decorati maiori

maiori quadam in ipsa Republica prærogatiua refulgent. Igitur singuli nostri Ciues, ha biatoresq; & maximè Aduocati, Procuratores, & alii literati · precaueant, ne contra nostrum Cõmune, uel ipsius cõmodum, & honorem, uel in eius publicę utilitatis aliquale damnum, uel præiudicium, ad petitionem, uel fauorem alicuius alterius hominis, uel loci, patrocinium, uel suffragium aliquod præstare præsumant, uel exhibere fauorem, auxilium aliquod · uel consilium publicè, uel occultè. Contrafaciens autem aliquatenus uerbo, uel facto, statim eo ipso sit, & esse intelligatur ab omni officio, & honore dicti Communis, ualtem per unum annum continuum exclusus · & nihilominus in uigintiquinq; libras denariorum arbitrio Potestatis posit ac debeat condemnari · & ubi qualitas facti, seu negocii, & personarum · maiorem, uel minorem exigeret punitionem · tunc id seuerius, uel mitius puniendo · Potestatis arbitrio relinquatur. Nè autem per hæc uia iustitiæ in causis agitandæ, quomodolibet uideatur præclusa · declaratiuè additum est, ut dicta prohibitio patrocinationis non extendatur ad causas ciuiles criminales, aut mistas in foro, & Curia nostri Communis · ad bancum iuris iudicialiter uentilandas. In quibus pro iustitiæ obtentu Aduocati, & Procuratores de nostra Terra, modis honestis aliis in dicta re permissis, patrocinari liberè, & impunè, ualeant, & etiam suffragari prohibitione præmissa non obstante.

De exemptionibus & immunitatibus non concedendis præter deliberationem Consilii. Rub. LXXX.

AMBITIOSAS Immunitates, siue exemptiones, prout in præcedentibus, plerumq; concessas, deinceps fieri prohibentes · disponimus, ut de cætero nulla exemptio · siue immunitas non specialiter promissa, seu concessa expressim, ex forma alicuius ordinis præsentis uoluminis, ex quacunq; causa · fieri, uel concedi possit, uel aliquatenus indulgeri alicui personæ, rei, uel loco, nisi per expressam, & specialem deliberationem nostri Concilii generalis rité, obtentam, uel obtinendam. Secus autem concessa · uel indulta, ipso iure, & facto uigore præsentis ordinis, habeatur, sit, ac reputetur iuribus uacua, atq; irrita, & inanis. Nihilominus tam recipiens, q· concedens, aliter q̃ dictum est, a potestate arbitrariæ iacturam subsiineat, pro excessu, & tralgresione huiusmodi. Et ad obuiandum fraudibus iam cõmissis in prædictis, ac in posterum committendis, hæc præsenti lege casiamus, cassas, & uacuas declaramus, ac reddimus omnes, & singulas exemptiones, ac immunitates, contra, uel præter dictam formam concessas, & concedendas. Statuentes, q· de omnibus exemptionibus, & immunitatibus indultis, & indulgendis, fiat, & habeatur unus specialis liber in capsa Communis cum nominibus exemptorum · qualitatibus exemptionis, causis ipsius, tempore concessionis, & durationis ipsius, scribendus manu Cancellarii, uel lui substituti, ex officio debito, & inspiciendus, seu legendus saltem semel coram Dominis Potestate, Consalonerio, & Prioribus · tempore cuiuslibet Prioratus. Ita ut bene pateat, quis, & quanto tempore sit, uel fuerit exens, siue immunis, & ex qua causa · nec aliquis ualeat ipso priuilegio indebitè, uel ultra tempus gaudere. Nec etiam ulla immunitas · siue exemptio, realiter, uel personaliter alicui permittatur, quæ non inuentatur, & appareat scripta (ut dictum est) in dicto libro, sub pœna, tam utentis, q̃ reginimis scientis, uel fieri permittentis decem librarum denariorum pro quolibet, ac uice qualibet, quæ fuerit contrafactum. Additum insuper est, ut nullus terrigena gerens, uel exercens aliquod officium nostri Cœis, stipendiatus, siue sub stipendio, uel mercede Cõmunis existens, debeat, uel possit ipso durante

officio, uel ante uel post, occasione ipsius officii, uel ex eo, aliqua exemptione, uel immunitate gaudere: nisi ex deliberatione speciali expressa Dominorū ipsorum Consalonerii, Priorum, & Conc-lu Credentiæ, obtenta per buxulas & pallottras, sub pœna cōtrafacientibus, & scienter permittentibus centum sol. den. pro quolibet, ac uice qualibet: exceptis dunta xat Consalonerio, & Prioribus tempore ipsorum officii: qui semper gaudeāt priuilegiis, & immunitatibus eis per ordines concessis, & concedendis.

De custodia Terræ, & districtus. Rub. LXXXI.

QUIA Custodia Terræ, spes terrigenarum certa, debet esse cunctorum: ideo super ipsam diligenter faciendā, iuxtā conditionis, ac temporis qualitatē: adhibeatur diligentia talis, ut deliceret: ut omni mense in prima die Dominica, uel festiua exprehabita deliberatione Concilii Credentiæ, fiat specialis præposita in generali Concilio, super cautela, & modo custodiæ faciendæ in die, & in nocte, in Terra, uel eius districtu. Et lecundum ipsius generalis Concilii deliberationem, ac reformationem, etiam de leuando aut sedendum obtentam, aut obtinendam: ita obseruetur, & mandetur executioni: saluis semper quibuscunq; super hoc mādatis, monitibus, & præceptis, pro Sacrosancta Ecclesia Romana præsidentium, & maximè Gubernatoris, & Rectoris Prouinciæ Marchiæ. Dummodo tamen in nocte non fiat leuior, aut minor custodia, q̄ duarum personarū pro qualibet porta, & quatuor personarum pro platea: in die uero ad minus fiat a duabus personis pro qualibet porta, & conuocatio, præmonitio, uel deputatio debentium accedere ad custodiam, semper fiat per Notarium custodiæ, ex ordine prout tangit de eo numero magno, uel paruo, quē ex dicti Concilii deliberatione, uel præceptis Dominorū iuslerit officialis custodiæ prædictus per se, uel per aliquem bayulum Communis.

De custodia facienda in Turri Communis. Rub. LXXXII.

CVM Turris custodiam in Terris, nō minus, q̄ prospectorem in naubus, necessaria esse puteamus: ideo statuimus, ut turris nostri Cōmunis diligenter, & caute custodiatur, & custodiri debeat, dum opus fuerit per custodes terrigenas nostros diligenter, ac fides conducendos ad stipendiaū. per Cōmune, & sub idonea fideiussione deputandos, & ab officiali præinformandos singulariter super modo custodiendi, uocandiq; exteros custodes nocturnos, & pullandi campanas. Quę Turris expensis Cōmunis reparetur diligenter, & fiat habilis ad custodiam in accessu, mora, ac reditu.

De pœna excessuum custodiæ. Rub. LXXXIII.

QVIA Timor pœnæ, multotiès custodes sollicitos solet conseruare: ideo statuimus, ut in excessibus custodibus cōmissis, uel committendis, fiat multarum, ac pœnarum impositio, pro modo, & qualitate reatus, & culpæ, ac etiam personę delinquentis, & secundū tēporis distinctionem, pro motu, & arbitrio Potestatis, uel officialis custodiæ.

De claubus Portarum retinendis per Priores. Rub. LXXXIIII.

STATVIMVS. Et ordinamus, ut Domini Cōsalonerius, & Priores populi, qui pro tempore fuerint, teneantur ac debeant eorum durante officio retinere claues portarum, uidelicet quilibet Prioratus teneat claues singularum portarum: quas claues talis retinens, uel tales retinentes debeant bene, & fideliter seruare, & custodire, nec alius cuiquare sine expressa licentia Domini Potestatis, Consalonerii: & Priorum: & teneantur summo mane aperire portas prædictas, & in sero hora cōgrua debeant claudere ad unte

ante primam horam noctis, aut citius iuxtā temporum occasiones: & causas nocturno tempore aperire non debeant aliqua de causa, nisi alter habuerit in mandatis a Domino Potestate, & Prioribus, secundum temporis uarietatē. Et contrafacientes in prædictis, uel aliquo prædictorum, pro quolibet: & uice qualibet in uiginti solidis, & minori pœna arbitrio Domini Potestatis, & Priorum, & maioris partis ipsorum.

De præsentium ordinum, robore obseruatione. Rub. LXXXV.

QVONIAM Sanctissimarum legum inuiolata obseruatione nihil dignius, ac pulchrius extat, cū diuino afflatu leges ab hominibus accepta, orbis mores, actiones, ac uitas coercendo, nos ad summum bonum attrahunt. Ideo ordines, & statuta omnia, & singula per nos acta, ac edenda, intra præsens hoc uolumen inserta, & inserenda uim, robur, auctoritatem, efficaciam, obseruantiam, & uigorem obtineant, & obtinere intelligantur perpetuæ solennis efficacis, & firmæ legis: quæ, & quam ab omnibus, per omnia, & in omnibus obseruari præcipimus, & tām in iudicis, q̄ in negotiis, prout scripta sunt, & appārēt, absq; omni contraria interpretatione: præcluari mandamus, ipsorūq; ordinum in toto, uel in aliquam partem: seu in totū, uel in parte contrauenientes neminem. Si autē fiat transgressor pro transgressione huiusmodi, iuxtā qualitatem facti, & personæ pœnis arbitrariis puniantur. Officialibus uerò non seruatibus ipsa statuta, & ordines in eorum executione officii, saltem .x. lib. den. pœnam pro qualibet transgressione, & uice, & quo sibet transgressore, indicimus, & maiorem pœnam pro modo, & qualitate transgressionis, & inobedientiæ commissæ, uel cōmittendæ: & in eo, quòd nostrum Commune, uel singulares personas leserint: per Syndicatores eorum debeant condemnari. Caterum si quidem (quod absit) aliquam contrarietatem reperiri contigerit, in ipsis ordinibus, uel aliquo ipsorum, aut aliquam repugnātiam: uel diuersitatem, quæ se se compati, uel simul locum habere non possunt: tūc quod honestius, ac benignius est, præualeat, præualerēq; debeat, & obseruari. Sed ubi de honestatis, & benignitatis excessu non constarer, tunc quod posterius in ordine scripturæ apparet, debeat obseruari, & etiā præualere. Quia non nouum est, ut priores leges ad posteriores pertrahantur. Vbi uerò ex aliqua grauitate causa ad bonum Cōs manifestè tendente, foret alicuius ordinis oportuna dispensatio, uel correctio: tunc primum inter Dominos Potestatem, Consalonerium, & Priores nemine ipsorum dissentiente, sub uinculo nouī iuramenti, & ad buxulas, & suffragia, seu pallottras: ipsa suspensionis, & correctionis causa tractetur, & obtineatur: & obtenta in Concilium Credentiæ deducatur, ac deinde in generali Concilio obtinenda: tractetur, & fiat suspensio, uel correctio suprascripta generalis Cōcilii, sue ordinis, sub hac eadē Rub. contenta super illud speciale statutum, & ordinem, qui principaliter haberet impedire illud, quod contra formā, uel tenorē ipsius statuti fieri, uel ordinari procuratur. Posīmodùm dicta suspensio, uel correctio, & reformatio super ea faciēda mittatur ad Reuerēti. Dominum Legatum, uel Prolegatum, uel Gubernatorē Prouinciæ Marchiæ ad eā confirmandam, & ualidandam, & q. seruatis solennitatibus statuti prædicti de præsentium ordinum robore, obseruatione, & uigore, suspensio, uel correctio, & reformatio cuiuscunq; taliter faciendā: ualeat in perpetuum. Si deliberabitur ad tempus, ad tempus reseruari debeat: dummodò non uertatur in damnum, & uereundiā Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & suorum Pastorum, & Rectorum, & officialium, aut Cōs. Statuti iustitiæ sit, uel fiat contra formā generalis Constitutionū, aut cōtra bonos, & honestos mores. Secus uerò facta, uel faciēn. suspensio, uel correctio cū omnibus eius sequelis ipso facto & iure, sit irrita, & inanis: nec eius uigore, uel pretextu fiat, nec obseruetur aliqd factū, uel faciēn. cōtra formā ordinis presentis uoluminis: uel ipsius aliquod, imo ipsi ordines, ut superius dictū est: potius uigeant: & præualeant pleno iure, & sint firmi, & derogatorii aliis quibuscunq; ordinibus nostri Communis factis, & faciendis.

Quòd Rector audiat appellantes. Rub. LXXXVI.

STATVIMVS. Et ordinamus, ut Rector nostre Terre benigne audiat omnes sic se appellare uolentes, & appellantes coram eo absq; aliquo grauamine, processu, uel condemnatione in ciuilibus, criminalibus. & mistis causis, quomodocunq; & qualitercunq; & aperiat, uel aperiri faciat portam Palatii Cõmunis: & hostium tàm sale, q̃ camere ad petitionem appellare uolentis, aut uolentiũ, sub pœna centum sol. den. de iuo salario. pœnæ Constitutionum minime derogando, si quomodo impediet appellantes.

Quòd Rector, & officialis Communis contra appellantes facientes, non defendantur per Commune. Rub. LXXXVII.

STATVIMVS Insuper, & ordinamus, ut si Rector, Vicarius, uel officialis Communis post interpositam appellationem per aliquam personam coràs eis: uel in Palatio Cõmunis, uel ante Palatium, quando officialium copia haberi non potest de aliquo grauamine, processu, uel condemnatione in causis ciuilibus, uel criminalibus. procederet contra appellantes directè, uel indirectè: dicto, uel facto, uel eos iniuria afficeret, siue iniuriaret: ac propterea procederetur contra dictum Rectorem, uel eius officiales, in Curia generali Prouinciæ, per uiam accusationis, uel denunciationis, uel contra aliquẽ ipsorum dicti Rector, Vicarius, & officiales nullo modo per nostrum Commune defendatur, per eos: uel aliquem eorum in Concilio dictę Terre proponatur, ut per Commune defendatur expensis Cõmunis, sub pœna uigintiquinq; librarum denariorum de suo salario: & nullatenus arringando, uel sedendo consuluerit: uel dicatur, ut dicti officiales per Commune, & expensis Communis defendantur, sub dicta pœna. Et Camerarius, seu Syndicus Communis de suo salario retinere debeat usq; ad quantitatem uigintiquinq; librarum pro Communi, sub obligatione suorum bonorum.

De Ambasciatoribus mittẽdis ad Reuerẽ. Episcopũ Firmanũ. Rub. LXXXVIII.

ITEM Ordinamus, ut Rector dictæ Terræ, infra primum mensem sui regiminis de consensu Concilii Credentiæ teneatur mittere duos oratores, siue Ambasciatores ad Reuerẽ. Episcopum Firmanum, uel eius Vicarium ad exorandum, ut ipsi placeat ordinare aliquem Syndicũ in Plebe Sancti Iusti, & aliis eius Ecclesiis, ad saluanda, & gubernãda bona mortuoria, prouentus ipsarum Ecclesiarum, relicta pro edificiis earũdem, & omnes fructus, qui superfunt earũ Clericis, & hoc pro utilitate dictarũ Ecclesiarum.

Qualiter intelligantur debitores Communis, additio statuti supra positi sub Rub. xxxvii. Rub. LXXXIX.

VT Rectores, tùm obscura facilius intelligant statutorum: tùm qui nam debitores dicti Cõmunis esse dicantur: cognoscant, Statuimus, & ordinamus, ut debitores Cõmunis intelligantur, addendo statuto supra posito, sub Rub. xxxvii. q̃ habens causam re, & sint hi qui in registro Cõis quomodocunq; & qualitercunq; pro debitoribus dicti Communis descripti sunt, ac permanent. Nec non hi qui eorum Camerarius, Gabellarum, Prouentuum, Coptumorum, seu cuiuscunq; alterius rei, uel pecuniæ, de quibus ipsi Cõmunitati ratio reddi deberet: ipsam debitam rationem sub aliquo quæsito colore reddere recusant, uel qui ipsa ratione forte deposita, debitam quantitatẽ Communi dicta ex occasione nõ soluũt, uel soluere recusant. Necnõ omnes illi, qui trãsacto termino. xv. dierum post latas sententias contra ipsos in criminalibus, tamen coràs condemnationes soluere recusant: & qui cum effectu Camerario nostri Cõmunis, pro ipso

Communi

Communi recipienti: ipsas condemnationes non soluerint infra dictum terminum. & usq; quo non soluerint, non obstante q̃ forsan appellauerint, etiam ipsa appellatione pendente. Qui omnes pro debitoribus Communis prædicti haberi: & reputari sine aliqua alia pronunciatione facienda: uolumus. & declaramus, ut contra ipsos, uel ipsorum aliquem in omnibus: ac per omnia, supradictum statutum positum sub Rub. XXXVII. uolumus (inquàm) & mandamus inuiolabiliter obseruari, & exequi. Si autem Domini Potestas, Confalonerius, & Priores, qui pro tempore fuerint in prædictis contentis, tàm in dicto statuto posito sub prædicta Rub. q̃ in præsenti statuto, negligentes, quomodocunq;, & qualitercunq; incidant in pœnam uigintiquinq; ducatorum auri pro quolibet ipsorum, Cameræ Apostolicæ ipso facto applicandorum. & hoc intelligatur facta iam eis, uel alteri ipsorum notificatione, de tali causa debito, condemnatione, & aliis continentiis in dictis statutis, per Cancellarium nostri Communis, uel eius uicegerentem, uel quemcunq; alium de dicto Concilio intelligatur. & nihilominus prædicta omnia faciant obseruari, exequi, & exequutioni mandari. Qui Cancellarius, uel eius uicegerens uinculo iuramenti, & pœna centum solidorum, teneatur prædicta notificare dictis Potestate, Confalonerio, & Prioribus, uel maiori parti ipsorum. De qua notificatione eius dicto, uel scripture stetur, ac fides plena adhibeatur, dummodo ipsi Cancellario, uel eius uicegerenti, prædicti debitores uerisimiliter uideantur constare.

EXPLICIT PRIMVS LIBER.

BIBLIOTEKA OHV

LEGVM MVNICIPA-
LIVM, ET STATVTORVM ECCLESIASTICAE TERRAE SANCTI IVSTI.
SECVNDVS LIBER, DE CIVILIBVS CAVSIS FOELICITER INCIPIT.

De in ius uocando, siue citationibus in Ciuilibus. Rub. I.

VIA Omne iudicium incipit ab ea parte edicti, quæ est de in ius uocando: Ideo de iudiciis tractaturi de in ius uocando citatione, initium facimus. Statuimus ergo, q; in ciuilibus causis, tam cum commissione, q; etiam sine commissione ius dicentis (ut aliàs supra de Bayulis cautũ est) & tam personaliter, q; ad domum, seu ad locum habitationis, uel residentiæ personæ citandæ: possit ad petitionem partis agi, uel peti per citationem faciendam per nuncium, uel bayulum Communis, die proxima præcedenti (etiam si feriata fuerit) pro sequenti: die iuridica, ubi localiter, seu ad domum (ut supra) citatio fieret. Personaliter autem possit fieri citatio intra Terram, etiam ipsa die iuris reddendi, dummodo fiat ante sessionem Iudicis ad bancum. Postq; uerò Iudex ascenderit ad bancum, non possit citatio fieri, nisi de persona personaliter reperta, in Palatio Cõmunis, aut uerò in Porticibus ipsius Palatii, aut in Platea publica circa, & ante dictum Palatium positis: dum tamen ante recessum Iudicis à banco, talis citatio appareat facta: item talis citans, aut similem iudicialem, uel exequutium actum explicans, sit bayulus, siue nuncius idoneus, & probari sufficiat per simplicem scripturam Notarii actorum, in actis declaratis, illum citatum fuisse pro bayulo, siue nuncio, qui citauerit, retulerit, seu actum aliam explicauerit, uerbo, aut facto. Et etiam sufficiat ad probationem, q; ipse citans, siue acta explicans, pro publico nuncio, seu bayulo reputetur communiter, & à pluribus de Sancto Iusto. Cuius quidem bayuli, siue nuncii relationi: plene stetur, & creditur, nisi aperte ac legitimè probaretur contrarium. Districtiuales autem nostri possint tàm dictis modis, q; etiã per literas, citari, bulla, seu sigillo Potestatis: bullatas, continentes scilicet causam citationis, cum nominibus citandi, citantis, & citari faciẽtis, & termino ad cõparendum. Forenses autem, & alii proprium domicilium non habentes in Terra, uel districtu Sancti Iusti, citentur ad fenestras Palatii per nuncium, siue bayulum Cõis, alta uoce ad sonitum tubæ. Et eodem modo, scilicet ad tubam, in fenestris alta uoce: per prædictos fiat citatio de hæredibus citandis, sub appellatuo nomine hæreditario, & non expressis propriis nominibus, uno, uel pluribus, quando de ipsis non constat uersimiliter. Hoc addito, q; similis citatio fiat ad domum, siue locum ubi habitabat defunctus tempore fuæ mortis, si intra Terram domicilium habebat, aliàs sufficiat citatio facta ad fenestras Palatii, ut supra: & hoc ad maiorem declarationem. At ubi proprio, & expresso nomine aliqua persona, ut hæres, foret citanda: tunc in citatione fiat hæredis mentio expressa. Itaq; citatus possit uersimiliter conscius super hæreditario iure respondere: quo casu, etiam

etiam ortecnus absq; bandimento facto: citatio sufficiat iuxta primam formam superius traditam. In causis tamen quantitatis, uel rei maioris ualoris, xl. sol. debeat saltem bis, uicibus duobus diuersis, & per interuallum unius diei à prima uice, fieri citatio. In minoribus autẽ rebus, uel quantitatibus, unica citatio sufficiat: & tales citationes in dictis casibus factæ, uel faciendæ, & quælibet ipsarum, secundùm dictas, & alias in ordinibus præfentis uoluminis cautas formas ualeant, & legitimę reputentur, nõ obstante defectu termini, uel peremptorii edicti, uel alia quauis forma, uel solennitate statuta de iure communi, uel alia hic prætermissa. Imo potius super ipsis citationibus facta, scilicet relatione per bayulum, aut præconem, & redacta in actis, ut supra, possit, & debeat in singulis actibus, & causis, (ut iuris fuerit) ad ulteriora procedi: secundùm formam nostrorum ordinum, aliter uero factæ, uel faciendæ citationes, non seruatis modis, & formis supradictis, in causis ciuilibus nostræ Curiæ: nullo modo ualeant, quinimò omni modo fiende sequutis, pro infectis penitus habeantur.

De Præcepto in confessis faciendo. Rub. II.

CVM In iure confessi pro iudicatis habeantur, & in confitente nullæ sint partes judicis, nisi in condemnando. Idcircò ad citationes rite factas comparente reo, per se, aut per Procuratorem, aut uero legitimum defensorem, & sponte confitente, seu aliter manifestante: esse, uel fieri debere, iuxta actoris petitionem, nec libellum, aut petitionem aliquam in scriptis petente: possit, & debeat per D. Potestatem, uel eius Vicarium residentem pro Tribunali, summariè fieri præceptum tali principali assistenti, uel pro eo, ut supra comparenti, & confitenti de dando, soluendo, uel faciendo rem, quantitatem, uel opus, siue factum: prout confessus, uel in petitione deductum, uidelicet infra xv. dies proximè subsequuturos: & hoc si fuerit rei, quantitatis, uel operis, seu facti maioris extimationis centum sol. den. Et infra x. dies, si minoris fuerit quãtitatis, uel extimationis centũ sol, & maioris xl. sol. ab inde uerò infra, in termino, v. dierũ, uel minoris, arbitrio Iudicis moderando, sub pœnis ab ipso statuendis: dum tamen singulæ pœnæ dictis casibus imponendæ, nunq; possint excedere quantitatem, uel extimationem fortis principalis petitę, & in præcepto contentę. Sed si excesserint, nihilominus ualeat præceptum, & possit exequutioni mandari in totum circa fortem principalem, & circa pœnam, usq; in dictã quantitatẽ tantùm. Quę præcepta, ut dictum est in cõfessis facta, siue faciẽda, firma siue, & obseruari debeant solennitate, uel ordinũ præteremissione, nõ obstante. Dum tamen die iuridica in loco iuris, & inter legitimas personas, facta, seu acitata extiterint.

De ordine litigandi contra præsentes, & de dilationibus. Rub. III.

VOCATO Legitimè ad iudicium reo personaliter, uel alio (ut supra) suo nomine cõparente: nec tamen summariè confitente, immo potius contendere uolente, & petitionem, siue libellum petente: facta prius legitimatione personarum, in causa comparentium, offeratur per partẽ actoris libellus, siue petitio in scriptis, cuius reo tradatur copia, expensis actoris, statuatur autem dicto reo per Iudicem terminus, & dilatio trium dierum ad minus, plurium autem arbitrio Iudicis, usq; in octo dies inclusiuè, & non ultra, ad deliberandum, & respondendum, & si maluerit opponendum. Qua dilatione decursa (dum nihil fuerit oppositum) q; primùm ad petitionem partis, fiat contestatio litis. Ad quam faciendam talis pars per Iudicem legitimè compellatur: deinde turetur de calumnia: soluantur q; capita sol. a partibus de duodecim denariis per libram, quantitatis, uel extimationis rei petitæ, uidelicet de sex denariis à qualibet parte. Deinde statuatur utriq; parti dilationes ad probañ. uidelicet pro prima, v. dierum, utrilum pro secunda, & tertia, simul, & peremptoria, statuatur alia dilatio ad petitionem alicuius par-

tium octo dierum proximè continuorum : postq̃ uerò præterierint dictæ dilationes, nul la pars audiatur, nisi ex causa manifesti impedimenti, iuraueritse fuisse impeditam. Et in hoc casu posit iudex (si non malitiosè fieri conspexerit) aliam modicam dilationem præfigere, ad plus dierum trium continuè subsequentium. Quibus omnibus dilationibus elapsis, uel primis duabus tantùm (si dicta ultima præfixa non fuerint). Facta legitima publicatione testium, & processus, elapsoq; termino ad accipiendum copiam, & opponendum, quinq; tantum dierum, etiam moderando, arbitrio Iudicis : statuatur ultima, & concludsiua dilatio ad inducendum, allegandum : & in causa concludendum, & concludsum habendum : qua elapsa, nemo partium per se, uel alium audiatur : immo habeatur in causa pro concluso. Et Iudex secundum dilationes, allegationes, ducesq; iustitia, debeat per sententiam, causam diffinire : ac terminare. Si autem reus in termino sibi ad opponendum statuto, cum exceptionibus comparuerit : tunc fiat parti earum copia, expensis petentis, cum termino trium dierum ad replicandum, non ampliandes : nec teneatur ado in dictis exceptionibus, nisi ex rationabili causa impediment, sub iuramẽto petentis amplia ri, uel reiterari, cõtigerit arbitrio Iudicis decernendo. Quarũ replicationũ (si in ipso termino productæ fuerint) similis copia, cum simili termino fiat parti ad dupplicandum.

Vltrà quas oppositiones, & dilationes ante litem contestatam : opponete uolentes, non admittatur in scriptis, sed solum uerbis negando, uel confitendo, nisi nouum aliquod : fa ciens ad causam : quod dixerint, & iurauerint dicisse de nouo, & le non calumniose, op ponere, aut obiicere malerint. Quo casu, quid reicere : uel admictere, sit in arbitrio iu dicis : his autẽ peractis nõ obstantibus obiectionibus, exceptionibus, & aliis quibuscũq; ad litis contestationem (ut prædmittitur) similiter procedatur, reseruatis tamen hinc inde oppositionibus in processu : de quarum iuribus, tempore sententiæ absoluendo, uel condemnando discutiatur, & secundum rei actorum, probationum, allegationumq; uigorem, & ueritatem pronuntietur. Si autem fuerit aliqua exceptio obiecta de inhabilitate personę, ratione minoritatis, patriæ Potestatis, infamię, excõmunicationis, rationis defectus, seu dilucidorum interuallorum minus sufficientis mandati, officii non legitimè comparentis : q; non prius esset legitimatio facta, uel nisi de re iudicata, uel finita, seu transacta, aut uero de solutione, seu latisfactione, seu deliberatione, & quietatione obligationis, & debiti, aut de legitima præscriptione, aut etiam pacti de non petendo perpetuo, uel ad tempus : tales exceptiones, uel ipsarum aliqua : litis contestationem super principali causa impedire, & retardare ualeant, & ualeat, donec de iuribus, & iudicitate ipsarũ, seu earum alicuius : Iudex cognouerit, & declauauerit. In eorum autem cognitione, hoc ordine procedatur, q; transactis terminis ad replicandum, & dupplicandi assignatis, absq; aliqua contestatione, super exceptionibus faciendis, detur sumarię per Iudicem reo, no ua dilatio peremptoria quinq; dierum proxime subsequentium, ad probandum de suis exceptionibus, & dupplicationibus, & contentis in eis : & similis dilatio detur actori ad probandum (si maluerit) contenta in replicationibus suis : prout in quantum sibi onus incũbet probare potuerit includendo, seu excludendo exceptiones. Post dictas autem dilationes, nemo partium ad hæc eadem probanda, audiatur nisi forte ex aliqua honesta, & euidenti causa, Iudici prorogare, uel aliam modicam denuò dare dilationem placue rit. Probatis uerò : seu liquidatis dictis specialibus exceptionibus, uel earum aliqua, etiã in replicatione, & non ab aduerso reiectis, aut subiatis, ad contestationem litis : uel ad ali qua ulteriora, & litem spectantia, ad petitionẽ actoris, super ipsa principali causa : & obla to libello, minimè procedatur. Immò potius reo instante, & petente : fiat eius absolutio ab instantia iudicii, uel etiam à tota causa (ut iuris fuerit) condemnando actorem ad fauorem rei, in expensis, salua semper Iudici : uel eius successori taxatione. Non proban tis autem exceptionibus prædictis, uel earum aliqua : aut uero probatis, & per replicatio nes, iure reiectis, ac subiatis : possit, & debeat actore petente : ad litis contestationem, & ulteriora procedi, ut iuris ordo requirit, & iuxtà formã superius denotatam. Adiicitur autem

ad declarationem, q; omnis dilatio à die dati termini exclusiuè intelligatur in causis esse continua, & etiam peremptoria : nisi simpliciter, & legitimè aliter præfigatur, præterq; si ul timæ dies terminiincideritin diem non iuridicum : tunc enim intelligatur ultima dies ter minifequens dies iuridica inclusiue. Alioquin actaſacta : uel aliter tacienda nullo modo ualeant, & nihilominus dilationes non limitatæ, & earum prorogatio, seu abbreuiatio re maneant, & consistant in arbitrio Iudicis. Statuentes insuper, q; ratione defectus ordinis iudiciarii, seu cuiuscunque solennitatis, uel iuris, uel nostrorum statutorum (si de ueritate legitimè conster) processus non ualeat infringi, seu quomodolibet irritari : sed nostrer D. Potestas sequi habeat ueritatem probatam, & non consideratre iuris, seu statutorum ordi nem, seu solennitatem quamcunque non seruatam, uel omissam.

De summariis cognitionibus, & capitibus solidorum. Rub. IIII.

QVONIAM ex litibus odia, ex odiis inimicitiæ, & inde Terræ labefactẽtur, ideo litibus pro iuribus occurrere desiderates : ordinamus, calus omnes, & singulos præsenti contentos ordini summaria, & plana cognitione decidi. Et primò, dum actor contra reum rite uocatum, seu uerò uolutariè comparentem absque interuentu li belli suam contra ipsum causam agendo, & petendo in iudicio duxerit proponendam, & reus respondendo ad interrogationem Iudicis absque petitione libelli : seu in scriptis per se aut legitimum procuratorem confessus fuerit, uel negauerit simpliciter, seu cũ aliqua uerborum seu obiecta exceptione, ita q; duxerit dicẽ in iudicio respondendum : tunc sem per dicta responsione habita pro constatione litis) procedatur, & procedi debeat super eam causa summarie, statuendo terminum ad probandum, & alia faciendũ ad indagationem ueritatis, prout melius Iudici uisum fuerit expedire, solennitate, & ordine iudicij præ termissis : dum tamen de ueritate, & probabili efficacia obligationis, & debiti, & de habili tate legitima personarum semper cõsiter. Et nihilominus semper capita solidorum de sex denariis pro qualibet parte, & qualibet libra detractis persoluantur : & hoc, dum semper principali petitione conuenti rei negatio interueniat, uel talis responsio, que negationem importet : ita q; reus per ipsam responsionem, siue præcedente petitione scripture, libelli, uel petitionis actoris confeatur consensisse, & uoluisse, q; causa ipsa sum marie, & sine libel lo expediretur. Præterea debitorum, seu relictorum ad Pias causas, uel Ecclesiasticas, aut ad sunus sepulturarum, necnon alimentorum, atque miserabilium locorum, & personarũ cause per summariam cognitionem tractentur, & expediantur. Item cause dam ni insecti, atque noui operis nunciationis, necnon exhibendi, ac etiam rerum exhibitionis, an sit lo cus exhibitionis, simili modo tractari debeant, & diffiniri. Item inter coniunctos usque in quartum gradum consanguinitatis, & affinitatis inclusiue, cause, & differentiæ per iudi cem, aut uerò per arbitros, non solenniter, sed de plano, & summarie decidatur. Item cau se captionis, uel sequestrationis contra suspectos debitores, necnon cause quarũlibet cau tionum præstandarum, similiter expediantur. De rebus etiam mobilibus in foro nostræ Terræ die fori, aut in nundinis, dum fiunt, cause summarie, & plena cognitione, & expedi tione tractentur, cum pretijs earundem, & ad ipsa spectantibus. Item cause forenſium si mili expeditione, & cognitione summaria expediantur, data tamen cautione de standō tu ri, & iudicatum soluendo. Item cause modicæ quantitatis, uel rei à certum solidis instæ, simili modo cognoscantur, & decidãtur. Item cause mercenariæ singulorum dierum, nec non locationum, conductionum, & earum pẽsionum, siue uecturarum, & coptumorũ, ac cuiuslibet mercedis. Item cause rerum, & negociorum spectantium ad messes, uel ad uindemias, seu ad earum preparationes, uel expeditiones. Atque etiam cause inquilino rum, & colonorum, uel spectantes ad inquilinos, uel ad agriculturam : necnon seruo rum famulorum, siue mercedum, & similium uertentium inter dominos, siue patronos, & famulos, siue seruientes, uel seruire debentes, aut operarios. Et omnes, & singule cause

prædictæ. & eis similes arbitrio Iudicis, desiderantes celeritatem, & in quibus mora esset periculosa, ut supra: decidantur, ac terminentur summarie, simpliciter, & de plano. Causæq; salariorum Aduocatorum, Medicorum, Procuratorum, Notariorum, atque omnium liberalium artium scriptorum, & similium personarum, & negotiorum summarie, & ut supra finiantur, ac expediantur. Quarum, & quorum similiuodo declarationi, & arbitrio D. Potestatis, seu eius Vicarii relinquatur, cũ omnibus, & singulis dependẽtibus, & emergentibus à prædictis, aut aliera prædictarũ, & cũ spectantibus, & pertinentibus ad eadẽ, dũmodo (quantũ ad iura litigantiũ) iustitia non lædatur, imo secundũ allegata, & probata per exquisitas. & probabiles ueritatis indagines, huiusmodi lites, & causæ ueritè terminandæ. Et additur ad declarationẽ, q; exceptis dictis causis Puis, Ecclesiasticis, & miserabilibus: item causis quantitatis quadraginta solidorũ, uel minoris: item causis fori, & nundinarũ: item causis salariorũ Aduocatorũ, Procuratorũ, Medicorũ, Magistrorũ, Notariorum, & similiũ literatorũ: item exceptis causis damni insecti, & noui operis nũciationis, atque etiã exhibitionis, & determinationis rerũ pignoris: item exceptis causis operũ dierũ, & eorũ mercedũ, seu ad messas, & uindemias, quò ad præparationẽ specialiter pertinentiũ: item exceptis causis inter patronũ, & famulũ de seruitijs, & mercedibus: itẽ exceptis causis, in quibus reus ab initio causæ non negauerit, sed spõte confessus fuerit in re spondẽdo petitioni actoris in iudicio: itẽ exceptis causis dotalibus: in quibus capita solidorũ nõ soluãtur. In ceteris uero causis ordinarijs, & extraordinarijs: tã solemnibus, ẽ spatiis mariis in Curia nostri Cõis, D. Potestatis, uel Iudicis, seu eorum Vicegerẽtis: agitatis, & agitandis, semper soluantur capita solidorũ, & solui debeant de duodecim denarijs pro libra denariorũ, uel quãtitate rei petitæ, uidelicet sex denariorũ pro qualibet parte tempore contestationis, seu quasi, aut uerò negatiuę responsionis. Itẽ in omni pronunciatione con tumaciæ, seu tenutæ super re, uel quãtitate maiori quadraginta solidorũ: ẽ statim tempore pronunciationis soluantur per actorem in cippo Cõis capita solidorũ ad rationẽ duode cim denariorum pro libra qualibet, rei, uel quantitatis petitę: pro quibus detur sibi tenuta, uel pignus una cum forte, & aliis expensis. Item in executione qualibet præceptorũ in causis non exceptuatis, necnon in executionibus laudorũ, & sententiarũ, & eriã testamentorum, relictorũ, & instrumentorum quorũlibet publicorum: necnon cuiuslibet scripture per Iudicem exequendæ: soluantur capita solidorũ à petente, seu actore de duodecim denariis simili modo per libram pro parte sua, & etiam rei: pro quibus recuperandis hæc executio unà cum sorte principali, & aliis legitimis expensis. Ad quæ quidem capita solidorum soluenda in cippo Communis partes compelli possint, & debeant statim, & in cõtinenti: & donec soluta non fuerint, acta facta, uel facienda pro parte recusantis soluere ullo modo ualeant.

Quòd capita solidorum, siue sportulę in causis commissariis soluantur in cippo Communis. Rub. V.

NẼ per commissarias literas Superiorum nostrorum Commune nostrum damnũ aliquod in futurum patiatur, statuimus, & ordinamus, q; in causis quibuscunq; commissariis, per Rectorem Prouinciæ, uel eius Locumtenentem D. Potestati, uel eius Officialibus commissis, capita solidorum siue sportulæ soluẽdæ soluãtur, mittantur, & solui, & mitti debeant in cippo Cõis. Et si D. Potestas prædictus, uel eius Vicarius in prædictis negligens fuerit, perdat de eius salario ipso facto libras uigintiquinq; denũ. pro qualibet uice, qua contrafactum fuerit, & nihilominus dicto Cõmuni cum effectu restituere teneatur dicta capita solidorum, uel sportulas prædictas. Et ad maiorem cautelam prædictorum uolumus, & firmiter statuimus, q; Cancellarius, siue eius uice gerens teneatur de præ dictis in ingressu officii dicti D. Potestatis, tempore præstantionis iuramenti, solenniter de hoc præstare iuramentum speciale ipsi D. Potestati, & eius Officialibus.

De iura-

De iuramentis præstandis in causis. Rub. VI.

CALVMNIAE iuramentũ in ordinariis causis statim lite contestata præstatur, ubi tamen ex partiũ tolerantia ipsum iuramentũ tacitè prætermissũ fuerit, nõ præjudicet talis omissio, ut ualeat causa cũ oibus suis actibus. In extraordinariis uerò tale iura mentum præstari non expediat, nisi illud ex aliqua causa Iudex mãdauerit, uel à parte fuerit postulatũ. Cui quidẽ mandato in hac parte, quò ad dictũ iuramentũ præstandũ, pare re debeãt in quacunq; parte iudicii, & in quocunq; actu causæ, quæ partes per calumniã reprimendo. Possit etiã Iudex ex suo officio iuramentũ ueritatis à partibus, uel altera exigere, quotiẽs, & in quocunq; actu causæ, si eadem propter prospexerit pro ueritate rimãda: dũtamen tale iuramentũ parti aduersæ uolẽti de suo iure probare nõ possit obesse, quò minus prosequi ualeat iura, nisi forte in minimis causis quantitatis, uel rei decẽ sol. aut minoris, ubi pro suo motu, & arbitrio ualeat Iudex per iuramentũ à se, cui partiũ uoluerit, deferẽdum decidere, & etiã terminare. In causis uerò maioris quãtitatis, uel rei nequeat in præjudicii, & præter uoluntatẽ partis talę iuramentũ pro decisione, uel terminatione causæ deferri. Volumus aũt iuramentũ pro decisione ueritatis, quod plerũq; in iudicio à parte parti præferendũ occurrit, nõ modicã in dirimendis causis efficaciã iuris habet, Quocirca (statuere duximus, quotiẽs actori in iudicio proponẽdo, & agẽdo cõtra rei, etiã uerbo tenus, aut uero in scriptis in ipsa facti narratione, & petitione duxerit se parati stare, & credere sacramento, seu iuramẽto rei, utrũ contẽta in tua petitione, seu oppolita pro parte actoris uera sint nec ne, aut an fieri debeant, tunc reus teneatur, & debeat iurare solenniter, & le gitimè per iuramentũ respondere prædictæ petitioni cũ contentis in ea, an uera sint, aut an fieri debeãt. Recusãs aũt reus alterutrũ prædictorũ acceptare, seu facere, nõ audiatur, imò ex ipsa recusatione una cũ iuramento inde per actorẽ ad dilationẽ D. Potestatis, uel Vicarii prestando reputetur plenè conuictus, & legitimè superatus, ità q; per hoc posset, & debeat cõdemnari, & cogi ad faciendũ, implendũ, & executioni mandandũ, prout in petitione actoris sine alia probatione dũmodo semper causa obligationis, uel petitionis sue rit de iure probabilis, & legitima, & huõi personæ litigantes fuerint legitimę ag agitandũ causas, & in iudicio assitendũ. Sin uerò reus nõ recusandũ, sed iurandũ putauerit, & sub iuramento respondendũ dicte petitioni: fiquidẽ negauerit, tunc liceat actori ipso iure, & facto sine alia reseruatione facta, uel faciẽdã reprobare, & cõuincere dictũ reũ probatione legitima in prædictis infra quinq; dies proximè currẽtes. Quæ tamẽ dilatio posset per D. Potestatẽ, uel eius Vicariũ breuiari, & prorogari, prout sibi uidebitur, iuxtà negocii qualitatẽ. Qua reprobatione legitimè facta, publicatoq; processu, terminoq; per arbitriũ Iudi cis prefixo ad opponendũ, transacto, tũc fiat ad petitionẽ actoris condemnatio rei de petitis cũ expensis, & nihilominus in decẽlib. den. pro pena peniarũ puniatur, cuius pœnæ tertia pars sit talis actionis denũciantis, & alię duę partes deuenisit in Cõi. Sin autẽ reus potius referendũ actori sacramentũ super prædictis duxerit, & uoluerit, ꝑ ipse iurare, tunc actor teneatur ipse iurando tale sacramentũ ueritatis soleniter præstare super contẽtis in sua petitione uera esse, & fieri debere: & tũc liceat reo in termino, (si petierit) & arbitrio Iudicis præfigẽdo reprobare actorẽ (si potuerit, aut maluerit) de prædictis: alioquin dicto decurso termino, condemnetur reus, actore non reprobato, ad expẽsas legitimas. Re probato autẽ actore, ità q. ex ipsa reprobatione reus in totũ, uel in parte ueniat absolutus, cõdemnetur ipse in fauorẽ rei in tantũ, quãtũ petebat, & insuper ꝑ pena peniarũ, & te meritatis in x. lib. den. Cõi applicad. cõdemnetur. Vbi tamẽ actor iuramentũ sibi delatũ præstare noluerit, uel præstãdo suã petitionẽ nõ affirmauerit, tũc fieri debeat absolutio rei per Iudicẽ ab ipsa petitione in totũ, uel in partẽ, prout uidebit fore iuris, & actorẽ ꝑ suã te meritate cõdemnet ad fauorẽ rei in expẽsis, damnis, & interessẽ in totũ. Credulitatis uero iuramentũ frequẽter in causis occurrẽs, maximè positionibus legitimis repsõdẽdo, euita ri nõ possit, imò potius iuramẽto decidãtur differẽtię, tã ad petitionẽ partis super petitio ne legitima, ã ad petitionẽ, & mandatũ Iudicis, ubicũq; ex officio suo ꝑ iuramentũ decere uerit respondendũ, Si quis uerò super hoc in iudicio à Iudice monitus fic iurare, aut re-

spondere est uerit, cuiusc unq; excusexistat, pro confesso super illa petitione, re, seu parti cula omnimodo habeatur, & nihilominus arbitrio Iudicis mulctæ subiaceat: saluo semper in omnibus supradictis, & hoc casu, q. dum aliquis per instrumentũ interrogatur super tali facto, uel negocio, sibi tolerabiliter liceat ignorare, uel non fic in prompto eius habere memoriam. Si autem petierit deliberationis terminũ sibi dari, tunc in arbitrio, & uoluntate Iudicis consistat, an aliquis ad del iberandũ terminus impartiri debeat. Quo casu in ipso termino iurare, & respondere articulo teneatur: de quo etiã fine termino per suspriora teneatur. Hoc insuper addito, q. cętera iuramenta huic ordini inserta, quibus per ipsum, uel aliquem ipsorum ordinum nõ apparereet reprobandi facultas adhibita, reprobari non possint, fed potius solum Deum ulcorem habeant.

De modo procedendi contra contumaces. Rub. VII.

VT obedientia obedientibus prodesse, ita contumacia contumacibus obesse debet. Quapropter facta rei citatione bina, ubi bina requiritur, aut unica, ubi sufficit una secundũ formam superioris statuti loquẽtis de citatione actoris compariẽtis in iudicio, & absentis rei contumaciã inculantis, qui ad ipsam citationem in termino per se, uel legitimum procuratorem, seu defensorẽ minimẽ compareret, factaq; ipsius rei, & eum defendere uolentis, de mandato Iudicis, ad petitionem petentis, seu actoris, per aliquẽ ex Bannitoribus, uel Bayulis Cõis in iudicio legitima proclamatione, seu grida alta uoce ad quã pro clamationem, & gridã ialiem non legitimẽ compareute, ipsoq; reo demũ aliquãtulum expectato, reputetur talis reus pronunciatione Iudicis pro tribunali sedentis, ad petitionẽ actoris meritò contumax, & contra ipsum, tanq; legitimẽ contumacem, fore ad ulteriora procedendũ. Actore uerò suam petitionẽ contra ipsum rem apud acta redigi facitẽ, & iurante, corporaliter manu tactis scripturis, ad Sancta Dei Euangelia, contenta in sua petitione uera fuisse, & esse, & fieri debere, & animo calumniẽ non petere, nec pęc agere, nec; fibi in torum, uel in parte fatisfactum esse de petitis, soluentęq; & in cippo Cõis prædicto mite tente capita solidorũ duodecim den. per quamlibet librã quantitatis, uel rei petite, & petẽte sibi dari tenutã de bonis ipsius debitoris, in quantũ reperitur in Terra S. Iufti, uel eius districtu, pro summa debiti declarati, & legitimis expensis. uel si talia bona non reperiantur, ipsum debitorẽ, siue reum capi, & personaliter detineri per fatisfactionẽ cõtentorum in iam facta petitione, & expensarũ ibi ageretur personali actione, aut uero si mittiin possessionem, & tenutã rei petite, quando ageretur actione realì, fiat per Iudicẽ cadẽ die pronunciatio interlocutoria ex primo decreto, ipsum talem actorẽ fore mittendũ in tenutã, & corporalem possessionem bonorũ dicti rei, fi actione personali ageretur, primò mobilium, secundò immobilũ, tertiò nominũ debitorũ pro mensura debiti declarati. & expensis: & si ageretur realì, dictum actorẽ mitten dum fore in tenutã, & possessionẽ rei petite, & statim ad petitionem actoris deputetur per Iudicem executor unus ex bayulis, fue nũ eius fuæ Curiæ, qui mandato, & cõmissione ipsius Iudicis possit, & debeat ipsum teneram in actis referre, & eius relationi plenè credatur, nisi clarè contrarũ probaretur. In qua qui dem tenuta, & possessione talis mittus per Iudicẽ, & cius Curiam iuris remedius defendatur, nisi eam iniustam manifestè comprehendatur executam. Quam tenutã, & possessionem sic decretam liceat reo per reuocationem Iudicis, & cum refectione expensarũ recuperare, & sua purgare contumaciam, & legitimẽ in iudicio compareresina unũ mensem a die pronunciationis proximè, & continuè sequuturum, siue reali, siue personali actione actum extiterit. Elapso autem, ac decurso mense prædicto, reus postea ueniens, seu recuperare procurans, siue in possessionem reponi petens, nullatenus audiatur, nisi reus legitima causa fuerit impeditus, declaranda arbitrio Iudicis; imò potius ex ipso mense transacto talis actor (ut præmittitur) inductus præsumatur, & reputetur ipsius rei, seu rerum sibi in tenutam concessarum rectus dominus: & possessor: & reus intelligatur ipso iure, & facto ab ipsis rebus, seu re in totum excluſus: dum tamen (etiam contradicente reo) adpetitionem actoris fiat per Iudicem adiudicatio actori dictæ possessionis: & tenutæ: ac etiam proprietatis ipsarum rerum, seu rei ex secundo decreto, & diffinitiua in hac forma, uidelicet q. transacto dicto mense, ex commissione Iudicis, ad petitionem partis (dum actione personali actum exiterit) fiant de ipsis rebus, seu re dictæ possessionis: & tenutæ diuersis diebus, & horis ad fenestram palatii, sono tubæ præmisso, tria diuersa, & publica bannimenta, q. quęcunque personæ tales res, seu rem sic in tenutam concessas emere uoluerit, infra tertiam diem ex tunc proximè sequuturã comparere debeat coràm D. Potestate, seu eius Vicario, quoniam plus offerenti dabitur: alioquin dicto tridno elapso, emere uolens non audiatur, sed potius actori detur ciuisdẽ rei, uel rerũ pro iuris tantũ actione. Compartibus autẽ emptoribus, uno, uel pluribus, fiat plus offerẽtibus uẽditio apud tribunal per actorẽ, auctoritate, præsentia, & decreto Iudicis, & quod superfuerit ex pretio ultra debitũ, & legitimas expensas, reluerutur ad opus debitoris, siue rei. Si uerò non sufficiat ad satisfaciendũ dicta uenditio, seu tradito, fupleatur ex pensis, & de bonis rei debit oris summarè, & sine litigioso iudicio. Emptoribus autẽ in dicto termino tridui, uno, uel pluribus non repertis, tunc ponãtur per Iudicem, & actorem duo extimatores (iudicicet unus pro quolibet) idonei, & legales de cõuicinis rei, siue rerũ tenutæ, ad extimandũ sub uinculo iuramenti dictas res, unam, uel plures pro tenuta dandas: iuxtà quarum extimationẽ in actis relatam fiat per Iudicem ad petitionem actoris adiudicatio rei ex secundo decreto per diffinitiuam sententiam in scriptis pro summa debiti & expensarum, contradictione aliqua rei in aliquo dictorum casuum non obstante, iure, & supplemento defectus. Et in casu, aut reliduu semper saluo (ut dictum est.) In reali autem actione, absque aliis bannimentis, commissione, uel extimationibus faciendis, eo ipso quãm dictus mensis effluxerit, actori petenti fimiliter ex decreto fecũdo fiat rei, siue rerum tenutæ sibi (ut supra) concessæ adiudicatio cum condemnatione expensarum reficiendarum actori de bonis rei fimpliciter, & fummariè: ita q. semper creditoribus in singulis casibus supradictis fiat plenaria satisfactio rei, contradictione nullatenus obstante. Contumaciæ autem, ac tenutæ, & adiudicationes dictis modis concessæ, & factæ: seu obtentæ, cum omnibus suis actis firmæ sint, ualeant, & seruentur, nec prætextu, & occasione aliqua partiæ potestatis restringi ualeãt, uel etiam annullari, aut uero impediri, quominus executionẽ mãdentur. Si uerò reus, siue debitor talia bona, de quibus dictum est, non inueniretur possidere, uel non habuerit in bonis pro sufficitia debiti, & legitimarum expensarum, seu bonorum possessionem trãsfuleritie fraudem, per quam translationem foret missio in possessionem impedita, uel uerisimiliter impedièda, tunc post dictam contumaciam, facta de hoc relatione per Bayulum, seu executorẽ apud actaex commissione Iudicis, ad petitionem actoris fieri possit, & debeat summaria contra reum executio personalis pro ipso debito, & expensis per capturam, & retentionẽ personalem ipsius rei debitoris usque ad integram satisfactionem de, & super petitis per eum, & expensis factis, & faciendis. Qua executionẽ Regimen facere teneatur uinculo iuramẽti, & sub pena xxv. lib. den. de suo salario, si negligenter, aut etiam recusauerit alsequi. Ex prædicta in reorũ contumaciis constituta intelligantur. Cęterũ actoris contumacia, quę maior est contumacia meritò reputatur, taliter cõprimatur, uidelicet q. quotiens ad actoris instantiam citato fatet a fuerit, Iudice tunc sedente pro tribunali, per Notarium banchi, seu Bayulum, aut Turbi cinem pro expeditione iuris reddendi, aut altàs in termino, ad quem citari fecerit eum, in iudicio actor non compareuerit illicò respondendo per se, uel legitimã personam, tunc statim ad petitionẽ rei fuam contumaciã recusantis, intelligatur actor esse cõtumax sine alia pronunciatione, & in pœna duorum sol. den. mittendorũ in cippum Cõmunis, & in rantundẽ reo, necnon in reintegrandarum expensarum, & damnorum reo inde sequutorum, ipso facto. & eadem die, ad petitionem ipsius rei per Iudicem puniatur, & ad soluendum, & refarciendum actorem realiter, & personaliter compellatur. Hoc insuper declarato, q. ubi dictæ citationes requiruntur per formam superioris ordinis, non sufficiat una, nisi quo ad accusationem primę contumaciæ: pro qua, & in qua posita, & debeat ad

petitionem actoris committi, & dari pignus pro expensis ipsius primæ contumaciæ tantum. Item q. solenniteres, & prolixitates in supradictis contumacius exquisite non intelligantur expedire, uel necessarias esse in causis summariis, seu minimis in superioribus ordinibus expressis, imò in illis, ut superius in specialibus ordinibus cautum apparet, cognoscri uelaret, & procedi, tam summarie, q. de plano.

De debitore suspecto capiendo, & de sequestratione rerum eius. Rub. VIII.

SI Quis terrigena, seu districtualis habitator comparens coram nostra Curia dixerit, & proprio iuramento, corporaliter manu tactis scripturis, præstito, affirmauerit, se ali quæ debitorē suspectū, & fugitiuum habere in aliqua quātitate, obligatione, re, uel specie ex rationabili causa exprimenda, cuius cognitio spectet ad forū Curiæ nostræ, & talis prosuspecto allegatus non possideat mobilia bona ad debitum sufficientia in ipsa Terra, uel eius districtu, & territorio, unde actor petierit ipsum capi, siue detineri per Curiam, seu uero de bonis, aut rebus immobilibus talis debitoris sequestrari apud idoneam personā habitatrem Terræ nostræ, uel eius districtus, tunc statim dicta petitio dicto iuramento comprobata, & per manū Notarii banchi, seu alterius Notarii terrigenæ redacta in scriptis, per D. Potestatem, seu eius Vicarium admittatur, & debeat exaudiri summatim, & sine mora, mittendo unum ex Bayulis, siue nunciis Communis una cum famulis ad requirendum ipsum talem debitorem, q. personaliter se conferat coram ipsa Curia. Qui debitor si non statim parere curauerit, illicò capiatur, ducatur, & teneatur sub fida custodia, donec ipse debitor de stando iuri, & soluendo iudicatum in Curia coram Iudice idoneè satisfecerit, aut satisfecerit creditori, uel aliter concordauerit: dummodo mobilia bona sequestranda ad ipsum debitum sufficientia talis debitor non sit repertus ibidem habere. Si autem de rebus, pecuniis, siue bonis mobilibus suis talis debitor pro ipso debito in totum, uel in partem habilius fuerit repertus, tunc fiat eorum sequestratio, seu arrestatio ad petitionem creditoris dicto modo iuratis penes idoneam personam absque captione personali, ubi ad debitum sufficiant in torum, seu etiā unā cum dicta captione, ubi pro parte sufficere uideantur. De quorum ueritate prima facie stetur sacramento creditoris, nec talis sequestratio reuocetur, nisi primò ipse debitor (ut præfertur) satisfecerit, aut satisfecerit creditori: saluo semper, q. liceat tali debitori sic capto, uel contra quem talis sequestratio facta foret, probare contrarium prædictorum propositorum in petitione actoris per aliquam summariam fidem, dicendo, & in ea interuallo, se fore idoneum, & possidere immobilia in dicta Terra, uel eius districtu, aut uero tam satisfacere creditori de tali debito. Quo casu talis captura, uel sequestratio nullatenus fieri possit, & talis actor, seu creditor pro tali temeritatis excessu, in libris uigintiquatuor Communis, & simili pœna puniatur ad petitionem talis rei, siue debitoris, dum in processu causæ uentilla de cum ipso debitore, siue reo in probatione defecerit, & defectio probationis succubuerit ipse actor in causa, ob quam, uel cuius occasione talem sequestrationem, aut capturam fieri fecerit,

De instrumentorum, contractuum, præceptorum, sententiarum, deliberationum per arbitros, testamentorum, donationum, & similium publicarum scripturarum executione. Rub. VIIII.

COMPARENTE Actore contra citē, citatum, & publicum prodiuente in iudicio instrumentum alicuius sententiæ: uel præcepti: testamenti: uel alterius ultimæ uoluntatis, seu uerò contractus, laudi, deliberationum per arbitros, aut summorum pactorum: uel obligationis cuiuscunque, in sua prima facie, siue apparentia non abolitū, non cancellatum, nec in aliqua sui parte euidenter uitiatū, & executioni mandari petente, possit,

possit, & debeat infrascripto modo ad petitionem exequendam procedi, uidelicet q. statim facta productione prædicta, & legitimanis personis, de quarum habilitate possit aliqua ratione abili causa quæri, statuatur à Iudice reo conuento terminus, siue dilatio quinq; dierum tunc proxime futurorum ad accipiendum copiam ipsius instrumenti, & contra opponendum quicquid uult, & potest. In quo termino no alias, nec plures exceptiones, seu oppositiones possit conuentus reus obijcere, uel excipiendo opponere, nisi solitatas, solutionis, siue satisfactionis, quietationis, aut pacti de ulterius non petendo. Ad quas oppositiones, uel aliquam earum probandam, & probatum habendum, statuatur à Iudice terminus octo dierum tunc proxime subsequentium. Quo termino transacto, & nulla ex dictis exceptionibus legitimè probata, statim nulla contradictione, uel oppositione admissa, procedatur summariè, & absque omni solennitate per Iudicem ad executionem talis instrumenti producti, iuxta petitionem actoris, realiter, & personaliter compellendo reum, ad satisfactionem contentorum in instrumento, siue alia simili publica scriptura producta, in forte principali, & legitimis expensis. Probata uerò in dicto termino alia dictarum exceptionum legitimè, tunc talis instrumenti executio penitus retrae detur, & ad petitionem rei conuenti pronuncietur, instrumentum, arbitrium, laudum, testamentum, siue præceptum, seu aliam similem scripturam publicam, obstantibus dictis exceptionibus probatis, uel aliqua ipsarum executioni non fore mandandam, & producens in expensis legitimis condemnetur. Hoc insuper (ad declarationem) addito, ut contra dictas publicas scripturas, & similes dicto modo exequēdas nulla alia exceptio, q. præ dictæ supra enumeratæ ullo modo possit opponi, & oppolita non possit obstare, nec executionem prædictam impedire, & retardare. Ceterum, quia non palsim licere debet falsi exceptionem contra instrumentum opponere, cùm per eam non solum producens, & utens, sed etiam scriptor (forsitan legalissimus, & etiam sine culpa) redditur uerecundus, idcò cad temeritatem opponentium reprimendam) duximus prouidendum, & ordinan dum, q. talem falsitatis exceptionem obiiciens non audiatur, nisi ipsam in scriptis obiecerit, & corporaliter ad Sancta Dei Euangelia iurauerit, & iurando satisfaciat præstitis per eum idoneis fidei iussoribus, apud acta promiserit, & realiter, & personaliter obligādo, ipsam exceptionem plenè, & legitimè se comprobaturum, & in ea permansurum usque ad finem. Et si quidem ipsum in probatione talis exceptionis defecre contigerit, soluat Communi de facto, & sine diminutione pro pœna tantę temeritatis libras quinquaginta den. de suo proprio, & etiam sortem debitam in instrumento contentam, cum expensis. Quas omnes, & singulas obligationes, & pœnas, iacturas, & promissiones talis opponēs eo ipso, q. defiterit, uel in probatione defecerit, ipso facto incurrisse intelligatur, ita q. uigore huius ordinis tam ipse opponens, q. fideiussores eius realiter, & personaliter cogi possint, & debeant ad obseruationem, & satisfactionem prædictorum omnium.

De executione priuatę scripturæ, & qualiter fiat comparatio literarum. Rub. X.

QVAMVIS de iure communi scripturę priuatę subscriptionibus, & cautelis debitis non munitæ minus plena fides adhibeatur, tamen quoniam quasi necessarias in dies inter homines usitari accepimus: iure municipali statuimus, ut si quis ætatis legi timæ: sanæq; mentis: & sux potestatis ex quauis probabili, seu licita causa sua propria manu scripserit, alicui se debere aliquam rem, quantitatem, uel speciem, seu etiam factum aliquod, uel negocium promisisse, aut per ipsam scripturam promiserе, & talis scriptura posita in iudicio nostræ Curiæ deducatur, & exequi petatur à non usurario, neque sue cessore, uel hærede usurarii contra talem scriptorem, seu hæredem, aut successorem eius. Qui siquidem talis debitor coram eis in iudicio respondendo sponte confessus fuerit, se prædictam scripturam sua propria manu, aut uerò suum præcessorem in ipsa scriptura nominatum, cuius ipse foret hæres, uel successor, scripsisse, seu uerò, dum negauerit, apparuerit

petitionem actoris committi, & dari pignus pro expensis ipsius primæ contumaciæ tantum. Item q. solennitates, & prolixitates in supradictis contumaciis exquiste non intelligantur expedire, uel necessarias esse in caulis summariis, seu minimis in superioribus ordinibus expressis, imo in illis, ut superius in specialibus ordinibus cautum apparet, cogno sci ualeant, & procedi, tam summarie, q de plano.

De debitore suspecto capiendo, & de sequestratione rerum eius. Rub. VIII.

SI Quis terrigena, seu districtualis habitator comparens coram nostra Curia dixerit, & proprio iuramento, corporaliter manu tactis scripturis, præstito; affirmauerit, se aliquē debitorē suspectū, & fugitiuum habere in aliqua quātitate, obligatione re, uel specie ex rationabili causa exprimenda, cuius cognitio spectet ad forū Curiæ nostræ, & talis prosuspecto allegatus non possideat mobilia bona ad debitum sufficientia in ipsa Terra, uel eius districtu, & territorio, unde actor petierit ipsum capi, siue detineri per Curiam, seu uero de bonis: aut rebus immobilibus talis debitoris sequestrari apud idoneam personā habitantem Terræ nostræ, uel eius districtus, tunc statim dicta petitio dicto iuramento comprobata, & per manū Notarii banchi, seu alterius Notarii terrigenę redacta in scripturis, per D. Potestatem, seu eius Vicarium admittatur, & debeat exaudiri summatim, & sine mora, mittendo unum ex Bayulis, siue nunciis Communis unà cum famulis ad requirendum ipsum talem debitorem, q. personaliter se conferat coram ipsa Curia. Qui debitor si non statim parere curauerit, illicò capiatur, ducatur, & teneatur sub fida custodia, donec ipse debitor de stando iuri, & soluendo iudicatum in Curia coram Iudice idoneè satisfecerit, aut satisfecerit creditori, uel aliter concordauerit: dummodo mobilia bona sequestranda ad ipsum debitum sufficientia talis debitor non sit repertus ibidem habere. Si autem de rebus pecuniis, siue bonis mobilibus suis talis debitor pro ipso debito in totum, uel in partem habilis fuerit repertus, tunc fiat eorum sequestratio, seu arresta tio in totum, uel in partem habilis fuerit repertus, tunc fiat eorum sequestratio, seu arresta tio ad petitionem creditoris dicto modo iurantis penè idoneam personam absque captione personali, ubi ad debitum sufficiant in torum, seu etiā unà cum dicta captione, ubi pro parte suffiere uideantur. De quorum ueritate prima facie stetur sacramento creditoris, nec talis sequestratio reuocetur, nisi primò ipse debitor (ut præfertur) satisfecerit, aut satisfecerit creditori: saluo semper, q. liceat tali debitori sic capto, uel contra quam talis sequestratio facta foret, probare contrarium prædictorum propositorum in petitione actoris per aliquam summariam fidem, dicendo statim, aut ex tunc talis, se fore idoneum: & possidere immobilia in dicta Terra, uel eius districtu, aut uero iam satisfecisse creditori de tali debito. Quo casu talis captura, uel sequestratio nullatenus fieri possit, & talis actor, seu creditor pro tali temeritatis excessu, in libris uiginti sumule den. puniatur, & si mili pœna puniatur ad petitionem talis rei, siue debitoris, dum in processu causæ uentilatę eum ipso debitore, siue reo in probatione defecerit, & defectu probationis succubuerit ipse actor in causa, ob quam, uel cuius occasione talem sequestrationem, aut capturam fieri fecerit.

De instrumentorum, contractuum, præceptorum, sententiarum, deliberationum per arbitros, testamentorum, donationum, & similium publicarum scripturarum executione. Rub. VIIII.

COMPARENTE Actore contra rite citatum, & publicum producente in iudicio instrumentum alicuius sententiæ: uel præcepti: testamenti: uel alterius ultimæ uoluntatis, seu uero contractus, laudi, deliberationum per arbitros, aut summorum pactorum: uel obligationis cuiuscunque, in sua prima facie, siue apparentia non abolitū, non cancellatum, nec in aliqua sui parte euidenter uitiatū, & executioni mandari petentę, posse, & debere insuper instrumento modo ad petitionem exequendam procedi, uidelicet q. statim facta productione prædicta, & legitimatis personis, de quarum habilitate posset aliquā ratio abili causa quæri, statuatur à Iudice reo contento terminus, siue dilatio quingi dierum tunc proxime futurorum ad accipiendum copiam ipsius instrumenti, & contra opponendum quicquid uult, & potest. In quo termino nō alias, nec plures exceptiones, seu oppositiones posit conuentus reus obiecte, uel excipiendo opponere, nisi solitatis, solutionis, siue satisfactionis, quietationis, aut pacti de ulterius non petendo. Ad quas oppositiones, uel aliquam earum probandam, & probatum habendum, statuatur à Iudice terminus octo dierum tunc proximè subsequentium. Quo termino transacto, & nulla ex dictis exceptionibus legitimè probata, statim nulla contradictione, uel oppositione admissa, procedatur summariè, & absque omni solennitate per Iudicem ad executionem talis instrumenti prodicti, iuxta petitionem actoris: realiter, & personaliter compellendo reum ad satisfactionem contentorum in instrumento, siue alia simili publica scriptura producta, in forte principali: & legitimis expensis. Probata uero in dicto termino alia dictarum exceptionum legitimè, tunc talis instrumenti executio penitus retrahetur, & ad petitionem rei conuenti pronuncietur, instrumentum, arbitrium, laudum, testamentum, siue præceptum, seu aliam similem scripturam publicam, obstantibus dictis exceptionibus probatis, uel aliqua ipsarum, executioni non fore mandandam. & producens in expensis legitimis condemnetur. Hoc insuper (ad declarationem) addito, ut cum ita dicta publicas scripturas, & similes dicto modo exequēdas nulla alia exceptio, q. præ dictæ supra enumeratę ullo modo posit opponi, & opposita non posit obstare, nec exceptionem contra instrumentum opponere: cùm per eam non solum producens: & utens, sed etiam scriptor (forsitan legalissimus, & etiam sine culpa) redditur uerecundus, ideò (ad temeritatem opponentium reprimendam) duximus prouidendum, & ordinandum, q. talem falsidatis exceptionem obiicien non audiatur: nisi ipsam in scriptis obiecerit, & corporaliter ad Sancta Dei Euangelia iurauerit, & iurando specialiter præstitis per eum idoneis fideiussoribus, apud acta promiserit, se realiter, & personaliter obligādo, ipsam exceptionem plenè, & legitimè se comprobaturum, & in ea permansurum usque ad finem. Et si quidem ipsum in probatione talis exceptionis defecre contigerit, soluat Communi de facto, & sine diminutione pro pœna tanę temeritatis libras quinquaginta den. de suo proprio, & etiam sortem debitam in instrumento contentam, cum expensis. Quas omnes, & singulas obligationes, & pœnas, iacturas, & promissiones talis opponēs eo ipso, q. destiterit, uel in probatione defecerit, ipso facto incurrisse intelligatur, & quatenus huius ordinis tam ipse opponens, fi fideiussores eius realiter, & personaliter cogi possint, & debeant ad obseruationem, & satisfactionem prædictorum omnium.

De executione priuatę scripturæ, & qualiter fiat comparatio literarum. Rub. X.

QVAMVIS de iure communi scripturę priuatę subscriptionibus, & cautelis debitis non munitæ minus plena fides adhibeatur, tamen quoniam quasi necessarias in dies inter homines usitari accepimus: iure municipali statuimus, ut si quis ætatis legitimæ: sanæq; mentis: & sui potestatis ex quauis probabili, seu licita causa sua propria manu scripserit, alicui se debere aliquam rem, quantitatem, uel speciem, seu etiam factum aliquod, uel negocium promisisse, aut per ipsam scripturam promittere: & talis scriptura postea in iudicio nostræ Curiæ deducatur, & exequi petatur à non usurario, neque fuit essore, uel hæredē usurarii contra talem scriptorem, seu hæredem, aut successorem eius. Qui siquidem talis debitor conuentus in iudicio respondendo sponte confessus fuerit, & prædictam scripturam sua propria manu, aut uero suum prędictorum in ipsa scripturā non minatum, cuius ipse foret hæres, uel successor, scripsisse, seu uero, dum negauerit, apparuerit

per duos idoneos testes ad minus dicentes, ipsos fuisse præsentes, & vidisse talem scripturam fuisse scriptam manu illius debitoris, de quo agitur, aut per comparationem literarū, & aliarum scripturarum illius scriptoris faciendam in forma infrascripta, tunc publicata comparatione ipsa, uel testium depositione, per pronūciationem Iudicis posite, & debeat talis scriptura, de qua dictum est, fieri contra debitorem conuentum summarie executio realis, & personalis ad petitionem creditoris usque ad integram satisfactionem debiti in ipsa scriptura contenti, & etiam expensarum, non obstante aliquo defectu testium, loci, & temporis, aut alterius subitantialitatis, uel solennitatis, nec aliqua alia contradictione facienda. Comparationem autem prædictam tali modo fieri disponimus, quando talis scriptura fuerit negata, uidelicet q. per Iudicem ad petitionem actoris, seu creditoris conuentantur simul in iudicio duo publici Notarii, uel tientes legere, & scribere de S. Iusto die feriata, & absque sessione pro tribunali, uocatis tamen partibus principalibus, & subiuramento corporali separatim, & secreto examinentur super dicta scriptura producta, utrum sit per manus illius talis debitoris, qui dicitur, & in ea continetur, scripta, uel non, & utrum sit tam similis alteri certæ scripturæ eiusdem debitoris, q. posset dici, uel eis uideri eadem manu scripta, & quomodò hoc sciunt, seu cognoscunt. Quorum dicta extensè redigantur in actis, & illud, quod per ipsos Notarios, uel tientes legere examinatos, fuerit iuramentis affirmatum de prædictis, reputetur, & habeatur pro simillima veritate. Addentes huic ordini, q. quicunque negauerit propriam scripturam, & probatum fuerit cōtrarium per aliquem ex modis supradictis, ultra satisfactionem debiti, & condignā uerecundiam inde sibi sequutam, de facto sine aliqua remissione soluat Communi decem libras denariorum.

De arbitris in differentiis, & quæstionibus coniunctorum. Rub. XI.

LICET arbitraria compromissa de iure communi non uiolenta, sed uoluntaria potius esse debeant, tam quia iudiciorum ritus imitantur, quæ nonnunquam in mutuos redduntur, æquitate plerunque suadente, hoc iure permittitur, ut attinentes, seu cōsimiles intra quartum gradum consanguinitatis, & affinitatis inclusiuè, habentes, uel promouentes inter se ipsos aliquam litem, causam, seu controuersiam à pacificatoribus nostri Communis legitimè ex quacunque re, uel causa posint, & debeant per nostrum D. Potestatem, seu eius Vicarium realiter, & personaliter cogi, iuris remediis opportunis ad compromittendum ipsam causam, seu litem, etiam cum omnibus ab ipsa dependentibus, & emergentibus, & ad eam spectantibus, in aliquos communes, amicos, uel attinentes, qui non solum de iure, sed etiam de facto (saltem in procedendo per omnia utilia, & opportuna) causam ipsam, & litem posint, & debeant cognoscere, necnon terminare de iure, quantūm ad uas litigatoris, ordine tamen prætermisso, & dum partes cum promittendo conuenerint, etiam de facto decidere. Posit etiam Iudex similiter compellere partes ad compromittendum, æquitate sibi suadente, singulas causas paruas implicatas, & habentes super minimis rebus multa, & uaria, uel ultrò, citrèq; diuerticula, seu capita nonnullam confusionem exhibentia in expeditione, cuiusmodi sunt causæ, ratione alicuius laboritorium, siue mercimoniarum, & locationum, conductionum, & similium. Item quandocunque ad expeditionem concurret dubium alicuius experimenti, uel artis, de qua ipse uerisimiliter instructus esse non posset, posint, & debeant partes compelli ad recurrendum ad expertos in arte, seu experientia illa, non suspectos, & ad illorum dicto, & declarationi standum. Voluntaria autem arbitria (de iure communi licita maximè) comprobamus (iuris tamen regulas obseruando) uidelicet ut quotiens compromittitur in aliquem arbitrum, compromittatur aut in unum solum arbitrum, aut in tres, & ubi de tertio non conuenerint partes, tamen ille tertius nominetur per Iudicem, proinde habendus, ac si à partibus nominatus fuisset, & in compromisso assumptus. Qui arbitri ad arbitrandum, cognoscendum, & determinandum à nostro D. Potestate ponsint, & debeant ad petitionem alicuius partis compelli, etiam pœnā compromissi, uel alia soluta, uel non, eo ipso, q. assumpti fuerint per compromissum, intelligantur de facto posse cognoscere, & procedere, & de iure diffinire, quantūm ad iura partium, omissis solennitatibus, & ordine iudicii, ac sine strepitu, & ubi de facto factum fuerit compromissum, etiam in dicendo, seruetur, & de facto diffinitio facta ualeat, & dum tam de iure, & facto fuerit compromissum, sue in procedendo, sue in sententiando, semper liceat arbitris quam mallentur uiam, & in quacunque parte assumere, tam iuris, q. facti, in totum, uel in partem: ita q. una electa uia, tamen altera non tollatur in cognoscendo, neque diffinitendo, & præsumatur, & reputetur compromissum fore factum, non solùm de principali, & expressa causa, sed etiam de accessoriis, & spectantibus ad ipsam, & dependentibus, & emergentibus ab eadem, & etiam q. non tantùm semel, sed pluries posint arbitrari, unus, uel plures, (etiam sententia lata) & arbitrando declarare, Sed ne arbitri, ad quos plurimùm probitatæ, & partium commoditate recurritur, ualeant causas cum promissas deluione dilatare, sic eos, unum, uel plures uolumus coarctare, ut omne cum promissum dumtaxat semestri tempore durare possit emisse intelligatur, infra quod posint, & debeat cum promissa causa cognoscere, & diffinire, Quo tempore decurso, non posint arbitri se ulterius intromittere, nisi de partium uoluntate fuerit dictus terminus expressè prorogatus. Quia imò uolumus præsentis ordinis arbitri, seu arbitratores negligentes, seu cessantes scienter, & uoluntarie in dicto termino cognoscere, terminare, & diffinire causam, siue causas, ad uniuersa damna, expensas, & interesse inde sequtum teneantur, & ulterius in decem libris den. nostro Communi applicandis condemnentur, partibus nihilominus semper saluis, & saluo, q. dicto termino semestrali non obstante) posint arbitri per D. Potestatem, etiam ante ipsum tempus (iuxtà causæ quantitatem, & qualitatem) ad cognoscendum, & diffiniendum infra terminum ab ipso statuendum compelli.

Quòd gradus consanguinitatis, & affinitatis numerentur secundum ius Canonicum. Rub. XII.

STATUIMUS, q. in quocunque actu, de quo propter gradum consanguinitatis, & affinitatis uertetur dubitatio, q. prædicti gradus debeant numerari secundū ius Canonicum. Et hoc locum habeat tantummodò in futuris.

De tenutis à debitoribus uoluntarè datis. Rub. XIII.

TENUTAE uoluntarè datæ à debitoribus suis creditoribus post, uel ante præceptum sibi factum de soluendo debitum à D. Potestate, seu eius Vicario ante diffinitum sententiam, uel post, rata habeantur, & executioni mandentur, ac si Recto, & Officiales dicti Communis eas diffinissent, cessissent, & dari fecissent, & habeāt eundem effectum, & uigorem in subhastando, uendendo, & in solutum dando per executores Cōmunis, & in omnibus aliis, ficut in tenutis (sententia Iudicis) ab executore Cōmunis datis, & dandis. Quæ tenutæ primò de utre de mobilibus, si comparent, secundò de immobilibus, deinde de iuribus, & nominibus creditorum. Et si discordia esset inter debitorem, & creditorem in capiendo tenutam: D. Potestas, seu eius Vicarius arbitrio ejus tur. Et si res taliter in tenuta datæ, essent alis obligatæ: D. Potestas, seu eius Vicarius in aliis bonis debitoris satisfieri faciat creditori: ita q. in tenuta uoluntarè data, in uenditione ipsius, & datione in solutum capta solidorum non fit solutum. Idem dicimus obseruan dum in tenutis rerum immobilium à debitoribus, uel Curia Communis datis. Item uolumus, q. creditores, & debitores possint uti eisdem tenutis, donec eis datæ fuerint in solutum, & interim fructus deponantur apud idoneam personam, quæ de eis auctoritate

D.Potestatis, seu eius Vicarii pretium soluat creditori: ita q. conuertantur in satisfactio ne debiti. Item dicimus, & ordinamus de uenditionibus simulate factis, & pignoribus, & tenutis, q. recipiens uenditionem, pignus, uel tenutam, facta fibi satisfactione debi ti, teneatur restituere uendenti, & obliganti, & subpignoranti rem uenditam, & obliga tam. Et ad probandum fraudem, sufficiat probari probare, se solusse partem debiti, cuius de causa uenditio, & obligatio facta fuit. Et in omnibus supradictis fructus recepti per tales emptores & creditores compensentur in sortem debiti. Et in prædictis procedatur sine libelli oblatione, & litis contestatione, & capitum solidorum solutione non obstan te aliquo capitulo, nec iuramento interpositis in ipsis contractibus.

Quòd forenses satisdent de reconuincendo, iudicio sisti, & iudicatum soluendo, si petat contra aliquem terrigenam, & aliter non audiatur. Rub. XIIII.

STATVIMVS, q. nullus forensis, seu non habitator nostræ Terræ audiatur per D.Potestatem, seu eius Curiam, agendo, uel petendo aliquid contra terrigenam, uel habitatorem huius Terræ: nisi dederit fideiussionem idoneam de reficiendis expensis, si succubuerit, & de iudicio sisti, & iudicatum soluendo in casu reconuictionis, & satisfatio huiusmodi petita fuerit per conuentum, nec sit locus iuratoriæ cautioni, nisi aliter ex qua litate cauiæ: & personarum D.Potestati uidebitur.

De actione non cedenda forensi. Rub. XV.

ACTIONEM aliquam, uel ius contra nostrum terrigenam, uel habitatorem alicui forensi nemo cedat, sub pœna uigintiquinque librarum den. pro quolibet cõ trafaciente, & qualibet uice: & nihilominus cessio huiusmodi facta nulla sit, & iuris ua cua, atq; irrita ipso iure, cedensq; teneatur terrigenæ, contra quem cesserit, omnia damna, & expensas, ac interesse de suo proprio refarcire, quæ sustinuisset occasione huiusmodi cessionis.

Quòd nullus de Sancto Iusto possit conuenire aliquem conterrigenam extra ipsam Terram. Rub. XVI.

STATVIMVS, & ordinamus, q. nullus de Terra S. Iusti, siue eius districtu, uel alio modo in dictis locis habitans, siue permanens possit, audeat, uel aliquo mo do præsumat conuenire, uel conueniri facere aliquem ex terrigenis siue habitantibus no stris in prima, & in secunda instantia per nostrum Cancellarium cognoscenda cuiliter, uel criminaliter, siue mixta, extra Terram, sub pœna cuilibet in aliquo casu prædictorũ contrafacienti librarum uigintiquinq; den. & minus arbitrio D.Potestatis nostro Com muni applicãd. & hanc pœnam incurrat post denunciationem, accusationem, siue rela tionem immediatè per ipsum factam, & ipso facto, & parti cõuentę in expensis, damnis, & interesse teneatur, & condemnetur, & talis sit conuentus nullo modo debeat, nec te neatur comparere, sed potius impune possit iudicium id in quo requiritur, siue conue nitur, contemnere, nec ullo modo et obtemperare. Addimus insuper hoc præsenti ſta tuto, q. nullus Notarius de dicta Terra S. Iusti, uel eius districtu, siue alius possit, siue debeat aliquo modo, & causa ire cum tali faciente fic conuenire, siue conuenientem ad impetrandum literas, uel aliquod priuilegium contra tales personas supra declaratas, uel contra præsens statutum, siue ordinem, sub pœna impetranti, & Notario, uel alio cum ipso occasione prædicta cuntì decem librarum den. à quolibet supradictorum de facto exigen. Et D.Potestas, siue Officialis nostri Communis, quicunque sit, nullo modo di ctas literas, uel priuilegium debeat admittere, si coràm eo produceretur, uel allegaretur, imò in

imò in continenti D.Prioribus pro tempore existentibus notificare, & ipsi D.Priores re plicare debeant dictis licentiis, & priuilegiis, sub pœna contrafacienti quinquaginta lib. den. nostro Cõmuni applicãd. & facta, siue actitata alibi, q. in dicta Terra S. Iusti in pri ma, & secunda instantia facta, nullo modo ualeant, nec de iure teneant, sed potius ipso iure sint cassa, irrita, uana, & nullius efficaciæ, uel ualoris.

Si quis fecerit contractum, siue debitum cum aliquo forense, & alter noster ter rigena damnum sustinuerit, cogatur de facto ad conseruandum eum in demnem. Rub. XVII.

STATVIMVS, & ordinamus, q. si quis propter debitum alicuius nostri terrigenæ, uel habitatoris contractum extra territorium, & districtum S. Iusti, uel propter quod extra iurisdictionem dictæ Terræ conueniri posset, & aliquis noster terrigena, uel habitator damnum aliquod sustinuerit, talis, propter quem damnum sustineretur, per D. Potestatem damnum passo integrè, & cum effectu satisfacere compellatur, & refarcire omne, & quodcunque damnum.

De principalibus prius conueniendis, & fideiussoribus conseruandis indem nibus. Rub. XVIII.

PRINCIPALIS debitor, pro quo, uel cuius causa fuerit obligatio contracta in ciuili causa, uel etiam criminali: prius, & antèq; fideiussor, seu is, qui accessorius in obligatione fuerit, conueniatur, uel aliter molesteur in persona, uel rebus: fiat dis cussio: & etiam executio contra eum, & in bonis eius: qui principalis fuerit, non obstan te q. accessorius se, uel sua bona principaliter obligasset eodem tempore: uel modo, aut etiam diuerso: facta tamen discussione dicta: & executione contra principalem in uentũ totaliter, uel in partem non soluendo, & qui personaliter haberi, uel cogi non possit, fieri possit, & debeat executio in personam, & bona fideiussoris: seu accessoriè obligati, quò ad creditori fuerit integrè satisfactum: habeat actionẽ tamen talis accessorius, uel fideiuſ sor contra principalem debitorem, non soluim ad debiti quantitatem, sed etiam ad dam na omnia, & expensas, ac interesse, quod, & quas sustinuerit occasione supradicta. & Rector executionem realem, & personalem de his facere teneatur ad petitionem legitimæ personę petentis, summariè: & de facto: sine libello: scriptura, ac sine strepitu: & figu ra iudicii, & omni iuris solennitate, & subſtantia omiſſa: teneaturq; principalis ad peti tionem dicti fideiussoris, siue accessorii, tam ante solutionem, & executionem factam q. post ipsam, conseruare indemnem, & de conseruatione indemnitatis per instrumentũ cauere de obligatione facta: & Rector, uiso instrumento cõseruationis indemnitatis, uel alio, in quo aliquis recognouerit debitum principaliter suum esse, siue habita de hoc alia probatione legitima: simili modo summatim: & de facto executionem facere possit: & debeat contra ipsum principalem ad plenam satisfactionem eius: qui pro eo fuerit obli gatus: & tale instrumentum cõseruationis indemnitatis, & similis cautelæ habeatur pro plena, & legitima probatione, etiam contra creditorem principalem, quò ad effectum, & formam huius statuti.

Quòd per Rectorem debeat summariè finiri infra quindecim dies quæstio de licentia intrandi in tenutam. Rub. XIX.

ITEM statuimus, & ordinamus, q. si per aliquam personam contigerit peti licẽtiam intrandi, & apprehendendi possessionem aliquam rerum mobilium, & immobilium, & aliquis extiterit cõtradictor, D. Rector, Potestas, seu Vicarius, qui pro tempore fuerit,

teneatur, & debeat ipsam quæstionem, seu causam summariè, sine libelli oblatione, & litis contestatione, & iudicii strepitu cognoscere, finire, & terminare infra quindecim dies à tempore petitæ licentiæ computandos: nec creditor possit dicere, seu petere, q. aliter procedatur.

Quòd creditur Cauponibus, Stabulariis, Speciariis, seu Aromatariis, & simili apothecario, & mercenario usque ad quantitatem quadraginta solidorum. Rub. XX.

INSVPER ordinamus, ut creditur cuilibet Cauponi, Stabulario, Aromatario, & eorum libris, & scripturis simpliciter, qui dixerit, se debere exigere ab aliquo aliquam pecuniæ quantitatem occasione rerum receptarum in eorum hospitiis, seu stationibus, & apotheciis, & si non haberet aliquam aliam probationem, & hoc usque ad quantitatem quadraginta solidorum den. iuramento calumniæ per iudicem in primis recepto, Et tale iuramentum habeatur pro plena probatione: statuto aliquo in contrariũ loquente non obstante,

De pœna petentis debitum iam solutum. Rub. XXI.

STATVIMVS insuper, & ordinamus, q. petens debitum iam solutum, uel plus debito scienter, in pœnam uiginticinq; mar librarum den. nostro Communi applicand. condemnetur, & in duplo debiti iam soluti, seu eius, quod plus debito petierit, parti applicando. Et post petitionem factam, seu libelli productionem (parte etiam recusante) non sit locus pœnitentiæ. Ignoranter uerò debitum solutum petens, uel plus debito: ita expensis factis in causa omninò condemnetur: & semper in eodem processu fieri possit, & debeat condemnatio ad pœnam Communi applicandam, & parti, ac in expensis: ut supra, una cum absolutione à debito iam soluto, uel ab eo, quod plus debito petieretur.

De extimatione alicuius rei facienda. Rub. XXII.

STATVIMVS, q. si aliquis in iudicio extimauerit aliquam rem, & eam extimationem aduersarius dicat malitiosam causa grauandi eum in expensis solidorum, Iudex debeat uocare duos de legalioribus de cõtrata, & faciat eos iurare de extimatione rei, & secundum dictum eorum, capiat solidorum soluantur ab eo, contra quem aduersarius pro extimatione agebat: & ipse, qui illam extimationem faceret, soluat extimationem, quam ipse malitiosè faciebat.

De uenditione rerũ mobiliũ, & immobiliũ in fraudem usurarum. Rub. XXIII.

ITEM statuimus, & ordinamus, q. si aliquis alienauerit rem mobilem, uel immobilem alicui, & emptor, uel alius pro eo, absente, uel ciente ipso, promiserit ipsam rem uenditam, uel alienatam restituere alienanti, infra certum tempus, si uenditor, uel alienator restituerit premium conuentum, & hoc possit per instrumenta, uel testes legitimos probari: cum tale contractum præsumatur pignoratitium, & usurarium; tunc D. Potestas, & eius Vicarius, seu alii Rectores, facta fide corãm eis, cogant personaliter illũ, cui res est uendita, uel alienata, & fideiussores eius restituere alienanti sine lite, & capitibus solidorum rem talem uenditam, uel alienatam: non obstante si tempus restituendæ pecuniæ fuerit lapsum. Item uolumus, q. si aliquis noster terrigena cõueniretur pro aliquo debito, uel contractu ex quacunque causa, uel contrahendo cum aliquo usurario, uel qui usuras aliquas recepisset, & qui contraxisse secum usuras pro ipso debito: personaliter non co-

non cogatur, nec in bando ponatur: & si hactenus in bando positus fuerit, sit à tali bando penitus absolutus. Et prædicta etiam dicimus in pecuniis, & omnibus debitis usurariis obseruari, & pro ipsis nullus personaliter, uel realiter compellatur, & sufficiat probare per famam publicam duorum, uel trium testũ legalium illius contratæ, q. fama sit in contrata, & q. ipsi sunt fœneratores, uel consueuerint fœnerari, & sit usurarium debitum. Item dicimus, q. opposita exceptione usuraria, contra aliquod bandum datum, ad petitionem alicuius usurarii, dictum bandum non curret, nec ingorem aliquem habeat, ut ex eo accusatio fieri possit, donec fuerit declaratum, utrum fuerit usurarius ille, ad cuius petitionem dictum bandum datum est.

De uenditione rerum mobilium, & ipsarum precio, in continenti soluendo, & etiam de oliuis, pro oleo dandis. Rub. XXIIII.

QVICVNQVE uenditerit aliquam rem mobilem, uel immobilem alicui, in Terra S. Iusti, uel eius districtu, uenditor teneatur ipsam rem tradere, & defendere: & ad hoc personaliter compellatur, & ad precium soluendum, ad uoluntatem uẽditoris: emptor etiam constringatur, ac soluere debeat in continenti, sine libelli oblatione, & absq; omni mora, facta rei oblatione, uel si per emptorem non steterit, quo minus rei possessio uacua sibi tradatur, & non obstantibus diebus feriatis. Nec auditur emptor, uel uenditor, quòd supplicare arras, uel relinquere: saluis tamen pactis, & conditionibus habitis inter eos, dum tamen post dilationes datas, & finitas, personaliter debitor compellatur. Idem dicimus obseruandum in illis, qui accipiunt oliuas pro oleo dando, & q. absq; libelli oblatione, & strepitu iudicii, ad dandum oleum bonum cogatur, ut superius dictum est de aliis rebus mobilibus, Idem dicimus obseruandum in his, qui oliuas colligunt ad cop tumum, & in pensionibus, siue nolis domorum, & hortorum. Prædicta uerò pro his, qui fœnerantur, uel fœnerari consueuerunt, locum non habeant, nec in contractibus, qui in fraudem usurarii conficiuntur: nec in his, qui res mobiles indebitant ante tempus. Et ad probandum, q. ipsi sint fœneratores, uel consueuerint fœnerari: seruetur forma superioris statuti. Item q. in ipsa summaria cognitione, nulla offeratur petitio in scriptis, nec in qua testes notarii conscribatur, nec cogatur scribi facere in quaterno: nec etiam litis contestatio celebretur: sed testes, & probationes recipiantur, sine aliqua litis contestatione: recepta semper capitibus solidorum in casibus, in quibus solui debent per formam statuti superiùs positi, sub rubrica, de summariis cognitionibus.

De bonis minorum uiginticinq; annis, & mulierum, non alienandis, nisi certa forma seruata. Rub. XXV.

MINORVM facilitati occurrere intendentes, statuimus, q. uenditiones, permutationes, & elienationes quæcunq; ac obligationes omnes, remissiones, cessiones, & quietationes quarumcũq; rerum, iurium, & actionũ, sub quacunq; forma contractuũ, uel uerborum, à minoribus uiginticinq; annis, pupillis, uel adultis, separatim, seu simul cum tutoribus, & curatoribus eorum factæ, sint, & intelligantur (quò ad omne ipsorũ minorum præiudicium) ipso iure nullæ: iuramento, & aliis quibuscunq; non obstantibus: & pro dolosis, & in fraudem extortis, absq; aliqua probatione, præsentis statuti cohortante, esse intelligantur, & ipso iure præsumantur, ad perniciem, & damnum ipsorum minorũ factæ: nisi minores contrahant, alienent, se obligent, remittant, & quietent, cum auctoritate eorum tutorum, curatorum, seu administratorum, sub iuramento corporaliter præstito, & cum præsentia, assensu, & uoluntate trium proximiorum consanguineorum, & affinium, (si eos habeat: aliàs ex uno latere tantùm: & in defectum ipsorum ex utroq; latere, fiat cum præsentia, & consensu trium uirorum bonorum, eligendorũ ad hoc per DD. Potestatem, Consalonerium, & Priores, & cum decreto dicti D. Potestatis, seu eius Vicarii, & iusinuatione, infrà decem dies faciendæ per Vicariũ dicti D. Potestatis in actis causa

teneatur, & debeat ipsam quæstionem, seu causam summariè, sine libelli oblatione, & litis contestatione, & iudicii strepitu cognoscere, finire, & terminare infra quindecim dies à tempore petitæ licentiæ computandos: nec creditor possit dicere, seu petere, q. aliter procedatur.

Quòd credatur Cauponibus, Stabulariis, Speciariis, seu Aromatariis, & simili apothecario, & mercenario usque ad quantitatem quadraginta solidorum. Rub. XX.

INSVPER ordinamus, ut credatur cuilibet Cauponi, Stabulario, Aromatario, & eorum libris, & scripturis simpliciter: qui dixerit, se debere exigere ab aliquo aliquam pecuniæ quantitatem occasione rerum receptarum in eorum hospitiis, seu stationibus, & apothecis, & si non haberet aliquam aliam probationem, & hoc usque ad quantitatem quadraginta solidorum den. iuramento calumniæ per iudicem in primis recepto, Et tale iuramentum habeatur pro plena probatione: statuto aliquo in contrariũ loquente non obstante.

De pœna petentis debitum iam solutum. Rub. XXI.

STATVIMVS insuper, & ordinamus, q. petens debitum iam solutum, uel plus debito scienter, in pœnam uigintiquinque librarum den. nostro Communi applicandi, quod plus de duplo debiti iam soluti, seu eius, quod plus debito petierit, parti applicando. Et post petitionem factam, seu libelli productionem (parte etiam recusante) non fit locus pœnitentiæ. Ignoranter uerò debitum solutum petens, uel plus debito in expensis factis in causa omninò condemnetur: & semper in eodem processu fieri possit, & debeat condemnatio ad pœnam Communi applicandam, & parti, ac in expensis, ut supra, nunc am absolutione à debito iam soluto, uel ab eo, quod plus debito peteretur.

De extimatione alicuius rei facienda. Rub. XXII.

STATVIMVS, q. si aliquis in iudicio extimauerit aliquam rem, & eam extimationem aduersarius dicat malitiosam causa grauandi eum in capitibus solidorum, Iudex debeat uocare duos de legalioribus de cõtrata, & faciat eos iurare de extimatione rei, & secundum dictam eorum, capiat solidorum soluantur ab eo, contra quem aduersarius pro extimatione agebat, & ipse, qui illam extimationem fecerit, soluat extimationem, quam ipse malitiosè faciebat.

De uenditione rerũ mobiliũ, & immobiliũ in fraudem usurarum. Rub. XXIII.

ITEM statuimus, & ordinamus, q. si aliquis alienauerit rem mobilem, uel immobilem alicui, & emptor, uel alius pro eo, uolente, uel sciente ipso, promiserit ipsam rem uenditam, uel alienatam restituere alienanti infra certum tempus, si uenditor, uel alienator restituerere premium conuctum, & hoc possit per instrumenta, uel testes legitimos probari: cum tale contractum præsumamus pignorationem, & usurarium: tunc D. Potestas, & eius Vicarius, seu alii R. ectores, facta fide corãm eis, cogatur personaliter illũ, cui res est uendita, uel alienata, & deinde sores eius restituere alienanti sine lite, & capitibus solidorum rem talem uenditam, uel alienatam: non obstante si tempus restituendæ pecuniæ fuerit lapsum, Item quòd si aliquis noster terrigena cõueniretur pro aliquo debito, uel contractu ex quacunque causa, uel contrahendo cum aliquo usurario, uel qui usuras aliquas recepisset, & qui contraxisset secum usuras pro ipso debito personaliter non co-

non cogatur, nec in bando ponatur: & si hactenus in bando positus fuerit, sit à tali bando penitus absolutus. Et prædicta etiam dicimus in prædictis, & omnibus debitis usurariis obseruari, & pro ipsis nullus personaliter, uel realiter compellatur, & sufficiat probare per famam publicam duorum, uel trium testũ legalium illius contrarium, q. fama sit in contrata, & q. ipsi sunt fœneratores, uel consueuerint fœnerari, & sit usurarium debitum. Item dicimus, q. opposita exceptione usuraria, contra aliquod bandum datum, ad petitionem alicuius usurarii, dictum bandum non curret, nec uigorem aliquem habeat, ut ex eo accusatio fieri possit, donec fuerit declaratum, utrum fuerit usurarius ille, ad cuius petitionem dictum bandum datum est.

De uenditione rerum mobilium, & ipsarum precio, in continenti soluendo, & etiam de oliuis, pro oleo dandis. Rub. XXIIII.

QVICVNQVE uenditerit aliquam rem mobilem, uel immobilem alicui, in Terra S. Iusti, uel eius districtu, uenditor teneatur ipsam rem tradere, & defendere: & ad hoc personaliter compellatur, & ad precium soluendum, ad uoluntatem uẽditoris, emptor etiam constringatur, ac soluere debeat in continenti, sine libelli oblatione, & absq; omni mora, facta re; oblatione, uel si per emptorem non steterit, quo minus rei possessio uacua sibi tradatur, & non obstantibus diebus feriatis. Nec auditur emptor, uel uenditor, uolens duplicare arras, uel relinquere: salua tamen pactis, & conditionibus habitis inter eos, dum tamen post dilationes datas, & finitas, personaliter debitor compellatur. Idem dicimus obseruandum in illis, qui accipiunt oliuas pro oleo dando, & q. absq; libelli oblatione, & strepitu iudicii, ad dandum oleum bonum cogatur, ut superius dictum est de aliis rebus mobilibus, Idem dicimus obseruandum in his, qui oliuas colligunt ad cogtimum, & in pensionibus, siue nolis domorum, & hortorum. Prædicta uerò pro his, qui fœnerantur, uel fœnerari consueuerunt, locum non habeant, nec in contractibus, qui in fraudem usurarũ conficiuntur, nec in his, qui res mobiles indebitant ante tempus. Et ad probandum, q. ipsi sint fœneratores, uel consueuerint fœnerari: seruetur forma superioris statuti. Item q. in ipsa summaria cognitione, nulla offeratur petitio in scripris, nec in qua testes non fuerint confessatur, nec cogatur scribi facere in quaterno: nec etiam litis contestatio eo celebretur: sed testes, & probationes recipiantur, finè aliqua litis contestatione recepta semper capitibus solidorum in casibus, in quibus solui debent per formam statuti superiùs positi, sub rubrica, de summariis cognitionibus.

De bonis minorum uigintiquinq; annis, & mulierum, non alienandis, nisi certa forma seruata. Rub. XXV.

MINORVM facilitati occurrere intendentes, statuimus, q. uenditiones, permutationes, & elienationes quæcunq; ac obligationes omnes, remissiones, cessiones, & quicationes quarumcũq; rerum, iurium, & actionũ, sub quacunq; forma contractuũ, uel uerborum, à minoribus uigintiquinq; annis, pupillis, uel adultis, separatim, seu simul cum tutoribus, & curatoribus eorum factæ, finĩ, & intelligantur, (quòd ad omne ipsorũ mi norum præiudicium) ipso iure nullæ: iuramento, & aliis quibuscunq; non obstantibus: & pro dolosis, & in fraudem extortis, absq; aliqua probatione, præsentis statuti auctoritate, esse intelligantur, & ipso iure præsumantur, ad perniciem, & damnum ipsorum minorũ factæ: nisi minores contrahant, alienent, se obligent, remittant, & quietent, cum auctoritate eorum tutorum, curatorum, seu administratorum, sub iuramento corporaliter præstito, & cum præsentia, assensu, & uoluntate trium proximiorum consanguineorum, & affinium, (si eos habeat) aliis ex uno latere tantùm: & in defectum ipsorum ex utroq; latere, fiat cum præsentia, & consensu trium uirorum bonorum, eligendorũ ad hoc per DD. Potestatem, Consalonerium, & Priores, & cum decreto dicti D. Potestatis, seu eius Vicarii, & insinuatione, infrà decem dies facienda per Vicarũ dicti D. Potestatis in actis causa

rum ciuilium. Et idem dicimus obseruãdum in quibuscunq; contractibus frodigorum, & menticaptorum, ac etiam mulierum, etiam maiorum uigintiquinq; annis, & cum præsentia marit, si habuerint. Excipimus tamẽ ex prædictis illas personas, quantumcunq; minores, uel alias huius conditionis existentes, quæ cum aliqua persona contraherent, seu cõtraxissent, se obligãdo per pactum, uel promisionem, ad seruiendum pro famulo, uel alitter cum sua persona, ad seruitiũ alicuius habitatoris Terræ S. Iusti, seu eius districtus: nec non personas contrahentes in casu, quo aliqua filia neptis ex filio, uel deinceps, pacisceretur cum patre, auo, & deinceps, de non habendo regressum ad succesionem, & bona paterna, seu materna, sub quibuscunq; obligationibus, uel speciebus cõtractuum, in quibus supradictam formam locum uolumus non habere, sed q; potius licitè, & impunè fiant: & ualeant, etiam omissa forma prædicta.

De tutoribus, & illis, qui primò debeant admitti ad tutelam. Rub. XXVI.

ITEM statuimus, & ordinamus, q; propinquior consanguineus, uel in tertio gradu, dũmodo inueniatur sufficiens, primò ad tutelam pupilli, uel pupillæ admittatur, si petitus fuerit dari à D. Potestate, uel eius Vicario; saluo q; mater, & auia primò ad tutelã ad mittantur: si non sint nuptæ, & si eam recipere uoluerint. Et si dicta mater, uel auia pupilli, uel pupillæ receperit tutelam, addatur ei proximior consanguineus ex parte patris, dum modo reperiatur sufficiens, alias addatur ad prouidentiã D. Potestatis. Qui tutor gerat, unà cũ ipsa matre, uel auia pupilli, uel pupillæ: saluis omnibus, & singulis ordinibus à patre, uel auo pupillorum, uel pupillarum. Addimus insuper, q; tutores prædicti teneantur, & debeant, sub pena uigintiquinq; lib. den. non accedere ad administrationem tutelæ, nec quicq; de his attingere, nisi prius solenniter inuentario facto de omnibus rebus, & bonis pupilli, seu pupillæ, & idonea cautione data de reddẽdo rationẽ de dicta administratione.

Qualiter contutores addantur. Rub. XXVII.

ORDINAMVS, q; si pupilli, uel pupillæ habuerint tutores de affinibus ex parte patris, addatur etiam alius cõutor de consanguineis ex parte matris, & è conuerso: si habuerint tutores ex consanguineis ex parte matris, addatur fibi alius cõutor de affinibus ex parte patris, infrà tres dies, postq; iudicio fuerit nũciatũ. Addẽtes, & declarates, q; si pupillus, uel pupilla habuerit tutorẽ testamentarij, fibi non addatur alius contutor.

De ratione reddenda à tutoribus, & curatoribus. Rub. XXVIII.

TVTORES, & curatores, quibuscunq; personis constituti, ad petitionem duorũ proximiorum consanguineorum eorum, quibus tutores, seu curatores funt cõstituti, seu ad petitionem defensorum iurium pupillorum, à nostro Communi electorum, infrà menſem, sub pœna uigintiquinq; librarum den. requisiti, suæ administrationis reddere teneantur rationem: ex cuius tenditione rationis, si inuenti fuerint suspecti, agendo inutilia, & utilia negligendo, personas, & res malè tractando, & bona sine legitima causa minuendo, & remouendo, tutores, & curatores, & in locum eorum alii idonei legitime substituantur. Teneantur etiam tutores prædicti, & curatores, tutrices, & curatrices, quolibet anno de menſe Ianuarij, reduci facere in scriptis in publicum formam omnem introitum, & exitum, cum inuentario per eos confecto, coram D. Potestate, & Vicario, siue Cancellario, & dictis duobus defensoribus iurium pupillorum pro tempore existentibus. Qui Vicarius dictos introitus, & exitus, cum copia dicti inuentarij, in uno libro debeat registrare, & de ipsis, inuentario, introitibus, & exitibus, & omnibus dependentibus, copiã facere teneatur, ut ipsorum pupillorum clarius iura uideri, & sciri possint. Et si prædicti tutores, & curatores, uel aliquis eorum, inuenti fuerint, non benè fecisse, & administrasse eorum officium, siue dolum, uel fraudem commississe statim tutela, uel cura remouentur, & aliis, uel ali dentur, secundum formam superius declaratam. Et si prædicti tutores, uel curatores

curatores prædicta non fecerint, seu facere neglexerint, penam decem librarum den. pro qualibet, & uice qualibet, incurrant. & nihilominus ad petitionem cuiuslibet consangui nei, uel affinis pupilli, uel pupillæ, seu dictorum duorum defensorum, quandocunq; petitum fuerit, prædicta facere teneantur. Et finita dicta tutela, uel cura, nihilominus dicti tutores, seu curatores teneantur, debeant, & cogantur reddere rationem, cum integra fatisfactione, sine preiptu, & figura iudicij.

De curatore prodigi, furiosi, seu menticapti. Rub. XXIX.

EVRIOSO, seu dementi, cuiuscunque ætatis, & prodigo, uigintiquinque annorum maiori, bona paterna, uel propria dissipanti, ad petitionem, & requisitionem duorum proximiorum consanguineorum, aut duorum defensorum iurium pupillorum, unus ex dictis consanguineis, idoneus facultatibus, & moribus, per Iudicem constituatur curator, sine cuius consilio, scientia, & uoluntate, nihil possit agere, contrahere, uel alienare, uel se in aliquo obligare. Et (ut ad notitiam perueniat singulorum) ad petitionem curatoris constituti, commissione Iudicis prauenientes, seu dictorum duorum defensorum, publicetur per Terram Sacti Iusti, q; nullus cum eo contrahat, uel sibi eum obliget, cũm et fuerit bonorum administratio interdicta.

Quod nulla mulier cogatur intrare Palatium Communis, occasione cauſæ ciuilis, uel criminalis. Rub. XXX.

STATVIMVS, & ordinamus, q; nulla mulier, suæ domina, quę non sit malę conditionis, & famæ, cogatur inuita intrare Palatium Communis, & per ipsum agitare aliquã de causa, nec etiam pro aliquo testimonio reddendo: sed D. Potestas, seu eius Officialis teneantur ad eas ire, ad loca in statuto contenta, in ciuilibus, & criminalibus causis: in criminalibus scilicet, in quibus pecuniaria pœna imponitur: & Rectores, & Officiales teneantur, & debeant in causis, & quæstionibus prædictis, in articulis, in præsentia illius mulieris, exigere iuramentum, & ad eas mittere ad aliquem locorum infrascriptorum, in electione ipsarum mulierum, siue dominarum, aut procuratorum earum, & cuiuslibet earum. Ad eas autem mittatur, uel ad Ecclesiam Plebis, uel ad Ecclesiam Sancti Tossani de platea, aut ad ipsa loca, seu Ecclesias, in quibus officiales, & mulieres communiter, & concorditer diligerent. Et si in aliis locis, q; prædictis, aut in Palatio Communis procederent contra aliquam mulierem, & ipsa mulier nolueriț, processus fit nullus, nec ualeat, seu teneat ullo modo, nec prosit, nec noceat alicui. Et prædicta Rectores, & alii Officiales teneantur, & debeant obseruare ad unguem, sub pœna decem librarum denariorum pro quolibet eorum contrafaciente, & uice qualibet, qua in prædictis contrafactum fuerit.

De cautela facienda de dote recepta. Rub. XXXI.

ITEM statuimus, & ordinamus, q; si qua persona promiserit, uel promisisset alicui mulieri, uel alię personæ recipienti pro ipsis, uel aliqua ipsarum, facere cautelam de dote recepta, uel recipienda: D. Potestas, uel eius Vicarius, teneatur talem personam cogere ad prædicta obseruanda, sine libelli oblatione, & lnis contestatione, & capitibus solidorũ, summariè, sine strepitu, & figura iudicij, & solennitate iuris qualibet prætermissa.

De renunciationibus factis à mulieribus. Rub. XXXII.

RENVNCIACIONES, & confessiones factæ super bonis paternis, & maternis, à mulieribus puberibus, maioribus, uel minoribus: patribus ò filiabus suis, aut fratribus suis, tempore patris, uel post mortem ipsius, aut neporibus, uel patruis, etiã sine iuramento, firmæ habeantur: & ulterius renunciationes factæ patribus, ualeãt filis, & hæredibus suis. sicut ualebant ipsis patribus, occasione contracti matrimonii. Et hoc locum habeat in futurum.

De renunciacionibus mulierum dotatarum. Rub. XXXIII.

DICIMVS, & firmiter ordinamus hoc statuto perpetuo ualituro, q. si filiæ sine consensu patris, uel patre præmortuo, forores sine consensu fratrum, uel fratres, cum rogatione notarii, testium, q. facta ad domum matris fuerint transductæ, siue nuptæ ipsæ sint, siue non, quæ ibidem habitauerint, tenuerint patribus, uel fratribus suis, ac eorũ descendentibus facere speciale uel tum nostrum renunciacionis, & quietationis, & recutationis de omnibus bonis maternis, & paternis, infra spacium duorum mẽsium, postq. iuerint, uel transductæ fuerint ad domum matris (ad sensum sapientis) patris, uel fratris eiusdem filiæ, uel sororis: dũmodo dotatæ fuerint, seu dotentur per ipsum patrem, uel fratres dictæ filiæ, uel sorores, & dummodo dotatæ fuerint, seu dotentur per ipsum patrem, uel fratres competenter, per sonarum facultatibus, ac dignitatibus inspectis. Et si tunc nõ fecerint, pro facta habeatur dicta renunciatio, & quietatio de dictis bonis paternis, & maternis, ac si per eam filiam patri, uel fratri, uel filio fratris expresse facta fuisset, uigore, & robore præsentis statuti. Et hęc eadem, quæ dicta sunt de patribus contra filias, eadem de fratribus, & filiis fratrum circa sorores suas obseruentur. Hoc autem locum habeat in temporibus præsentibus, & futuris, inspecte rebus, quę dicuntur amotę per filium, uel filiam, uel alium de domo patris, uel fratris, tenentur inquirere D. Potestas, & Officiales Communis, iuramento recepto, perente fratre, uel patre, uel auo, fine libello, & contestatione litis, & strepitu iudicii: & cõpellere amouentem ad restituendum eas, etiam si per semiplenas probationes inuenerint eas amotas. Et hæc omnia locum habeant in præsentibus temporibus, & futuris.

De renunciacionibus factis à mulieribus de bonis paternis, & maternis. Rub. XXXIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, q. si qua mulier renunciacionem fecerit patri suo de bonis paternis, & maternis, aut utriq; tempore nuptiarum, uel quandocunq; & pater posset, sine filiis legitimis, uel nepotibus natis ex filio masculo, decesserit, dicta renunciatio fiat non noceat, sed permodo sit, ac si renunciacio facta non esset. Et hoc locum habeat in iam factis renunciationibus, præsentibus, & futuris.

De renunciacionibus factis à mulieribus in contractibus mariti. Rub. XXXV.

SI Qua mulier maior, uel minor uigintiquinq; annis, suæ potestatis, sponte renunciauerit iuri hypotecarum, in contractibus maritj, uel si minor, dum modo pubes, renunciauerit, & iurauerit, aliqua ratione, uel occasione non contrauenire, illa renunciatio, & iuramentum ualeat, & ratum habeatur, hac forma, q. mulieres non decipiantur in dotibus suis. Et hoc locum habeat in præsentibus temporibus, & futuris.

De contractibus, & instrumentis dotalibus. Rub. XXXVI.

ITEM dicimus, & præsenti statuto firmamus, q. si matrimonium morte mulieris dissolui contigerit, fine filiis, uel filiabus de eorũ propriis corporibus descendentibus: tunc medietas totius dotis remaneat penès uirum pro omni iure, quod sibi posset competere in casu matrimonii soluti. Et predicta uendicent sibi locum in uxore conducta penès materium, & in præsentibus, preteritis, & futuris, nondum matrimonio dissoluto; sed si nondum conducta fuerit penès uirum, lucretur maritus decimam partem dotis, & etiam me dietas perdit ex pannorum factorum uxori debeat uiro refarciri: uiro uerò præmorienti, uxor lucretur decimum dictæ dotis quolibet casu præcidictorum. Item mandamus, q. si qua mulier dotata erit à patre, matre, fratre, sorore, auo, uel auia, uel suorum alio quocunque in hæreditate, & successione bonorum patris, matris, auj, uel auiæ, & suorum cuiuslibet, existẽta prole legitima masculina: nullum ius habeat, nec redeundi, nec etiam actionem petendi ipsam hæreditatem, uel successionem, in totum, uel in partem; & nihilominus de ea

nus de ea percipere possit, de iure, uel de facto: saluo, q. sibi relinqueretur per aliquę prædictorum in aliqua sua ultima uoluntate: & saluo, si aliquis prædictorum moreretur ab intestato sine prole legitima masculina, quibus casibus filia, uel mulier dotata succedat ei secundum ordinem iuris. Si uerò dicta mulier dotata, uel eius hæres peteret, uel petisset aliquid de bonis, & hæreditate prædictorum, uel aliquius eorum, contrà formam præsentis capituli: in quinquaginta lib. den. Communi applicandis condemnetur. Et predicta omnia & singula inuiolabiliter obseruentur, & locum habeant, in præteritis, præsentibus, & futuris.

Quod fiat extimatio bonorum uxoris, & dotans per stipulationem non sibi acquirat, ni de suo dotauerit. Rub. XXXVII.

ITEM ordinamus, q. uir alicuius mulieris, & dotator faciat extimare per amicos communes censum mulieris, tribus diebus, antęq; maritus ducat uxorem, sub pena quadraginta sol. tãm dantis, & recipientis. Item ordinamus, q. si quis, uel si qua aliquam mulierẽ dotauerit de bonis ipsius mulieris dotate, & non de bonis dotantis, & fuerit dotans stipulatus, sibi dotem restitui in euentum restitutionis: si eaius restituendæ dotis eueniet, nullam habeat actionem petẽdi ipsam dotem, nec sibi ex dicta stipulatione aliquod ius quæratur in dicta dote, nisi forte talis dotans succederet, dictæ mulieri dotatę, ex testamento, uel ab intestato. Et contrafaciens in centum lib. den. Communi applicãdi, condemnetur. Et obseruentur prædicta, & locum habeant in præteritis, præsentibus, & futuris.

Quòd dos restituatur, secundum q. fuerit soluta. Rub. XXXVIII.

ITEM ordinamus, q. si quis dotauerit filiam, uel sororem, uel aliquam aliam mulierẽ, & dotem, quam promiserit marito, uel aliæ personę pro ipsa muliere dotata dare, & soluere, soluere particulariter in diuersis terminis, uel etiam soluerit integrè una uice tempore contracti matrimonii: his casibus tempore restitutionis dotis, qui dotem debet restituere, possit illi, cui de iure restituto fieri debet, in tot terminis, & solutionibus, & in tã lon gũ tempus, in quantũ facta fuit eraditio dictæ dotis: & si fuerit soluta dicta dos integrè tempore contracti matrimonii, tota integra in una solutione tempore solui matrimonii, & tempore restituționis faciendę restituatur: & aliter quis restituere non cogatur, nõ obstante etiam speciali pacto habito inter contrahentes in instrumento dotali, scilicet, q. restituatur, soluto matrimonio: & non obstẽte lege Ciuili, uel Canonica, qua cauetur, q. pa ctum de ulteriori die reddenda nõ ualeat, nec aliqua alia lege loquente in contrarium, Et prædicta locum habere uolumus in præsentibus, preteritis, & futuris. Volumus etiam q. ille, qui debet dotem recipere, uel cui debet fieri dotis restitutio, matrimonio soluto: possit pignus obligatũ pro dote restituẽda fructare, singulis terminiis elapsis, pro rata cuiusli bet quantitatis, quæ solui, & restitui debet, in quolibet termino. Et hoc habeat locum in præsentibus, præteritis, & futuris.

De mulieribus ad secundas nuptias transeuntibus, uel aliter luxuriantibus. Rub. XXXIX.

SI Qua mulier post mortem uiri in administratione filiorum remanserit, & inde ad secundam matrimonium transfuerit, maiori dote constituta, seu dotata, q. non habuerit à primo, nisi legitimè probauerit id, quod super dotem primi uiri dederit, uel promiserit se cundo uiro, aliunde fibi aduenisse, uel habuisse, præsumatur de bonis ipsorum filiorum ip sam habere, ideoq; ipsis suis filiis, uel filiabus integrè restituere cogatur. Sed si uir uxori suæ usumfructũ, uel habitationem reliquerit, ipsa ad secundas nuptias transeunte, concubitũ, uel adulterium cõmittente, uel aliter luxuriante, ipsum usumfructum, uel habitationem amittat & auctoritate presentis statuti, cũ proprietare recõsolidetur, & ipsum usum fructum, & habitationẽ fine alicuius requisitione, proprietarius capere, & retinere ualeat.

De negatione, & probatione filiationis paternitatis, uxoratus, notarietus, & similum. Rub. XL.

SI Quis in agendo, & defendendo, uel quomodolibet in iudicio respondendo, negauerit paternitatem, maternitatem, filiationem, fraternitatem carnalem, uxoratum, siue matrimonium, uel etiam Notariatum, si quidem contra probatum fuerit per publicum uocem. & famam, à duobus, uel pluribus testibus idoneis affirmantibus, siue dicentibus publicam uocem, & famam fuisse, & esse, q. aliqua persona fuerit alicuius pater, filius, frater, mater, uel soror carnalis, maritus, uel uxor. uel q. aliquis fuerit publicus Notarius, uel q. ipsæ personæ, uel ipsarum aliqua fuerit in possessione, uel quasi, iuris alicuius actibentiæ de prædictis, uidelicet matrimonii, paternitatis, filiationis, maternitatis, fraternitatis, uel etiam officij notariatus, uidelicet, q. sic dictæ personæ inter se habuerint, & tractauerint. siue se reputauerint, & communiter ab aliis, & maximè à uicinis ipsarum sic habitæ, & reputatæ fuerint: uolumus, & præcisè firmamus, q. talis probatio, non obstante iure contrario, sic habeatur, & reputetur, & intelligatur pro uera, legitima, plena, & sufficienti in omni causa, nisi per partem aduersam legitimè ostendatur, siue probaretur contrarium, & nihilominus persona negans prædicta, uel aliquod prædictorum, per talem probationem conuicta in iudicio, seu foro, uel coràm arbitris, & arbitratoribus, pœna decem librarum denarij, pro quolibet, & uice qualibet puniatur. sine aliquo processu ex D. Potestatis officio, uel etiam ad petitionem partis, contra quam negatio facta foret.

De cessionibus, & donationibus. Rub. XLI.

ITEM duximus statuendum, & ordinandum, & præsenti statuto firmandum, q. omnes donatio, seu cessio bonorum facta, uel in futurum facienda per aliquos, uel aliquas de S. Iusto alicui, uel aliquibus terrigenis, uel forensibus, siue in S. Iusto, uel eius districtu, siue quocunq; alio loco, seu Terra, de qua donatione, seu cessione esset ex sua patria fisnitra suspitio falsitatis. q. si probaretur per decem uiros de nostra Terra bonos, idoneos, & fideles, ac omni exceptione maiores, dictam donationem, uel cessionem, seu alteram ipsarum ex fama publica esse falsam, & suspectam. tunc dicta probatio prædictorum decem uirorum in sama prædicta habeatur pro plena, & legitima probatione de falso, & talis donatio, & cessio, uel altera ipsarum sic probata de falso ex fama publica per dictos decem uiros sit nullius ualoris, uel momenti, & tanquam falsa reiectatur, & eas, uel ipsarum altera producentes, uel producentes, uel fallarius, uel fallarij repellantur. Statuentes insuper, ut omnes donationes, tam inter uiuos, q. causa mortis, seu cessiones omnium bonorum, seu speciales specialium rerum, uel bonorum, quæ fierent in præsenti, uel in futurum per aliquos, uel aliquas, seu aliquem, uel aliquam de S. Iusto de eorum bonis cuicunq; seu quibuscūq; de S. Iusto, uel aliundè, siue sint celebratæ in S. Iusto, uel eius districtu, siue alio quocunq; loco: recto, & claro modo procedant, & ualeant sine aliquo scrupulo falsitatis, & q. singula ex prædictarum donationum, siue cessionum registrentur in quodam quaterno per Cōmune ordinando, manu unius Notarii de dicta Terra legalis, & gendi per Concilium generale ad præfatas donationes, seu cessiones registrandas in dicto quaterno expensis donatorioru, & de uoluntate donatoris, seu donatorum, infra quindecim dies à tempore celebrandæ donationis, seu cessionis: alias si aliqua dictarum donationum, seu cessionum non inuentretur registrata per dicti notarium, in dicto quaterno, infra dictum tempus, siue terminum, (ut dictum est supra) tūt ipsa iure nulla, & nullius ualoris, uel momenti, & habeatur pro falsa. Et si quis, uel si qua ex non registrata uteretur, eōdemetur de falso in quinquaginta libris den. Communi applicādis, sine remissione aliqua, tam utens, q. etiam dictus notarius, dictam donationem conscribens. Quod statutum locum nō habeat in contractibus, utro, citroq; obligatoriis, in quibus Notarij apponunt clausulam illam, seu similem, uidelicet q. si res plus ualet, &c. donat, &c. Item addimus, q. quilibet noster D. Potestas in principio sui officij teneatur, & debeat uinculo iuramenti, & pœna uigintiquin-

que librarum den. prædicta omnia contenta in præsenti statuto circa registrationem, & deputationem notarij legi facere in Concilio generali dictæ Terræ, & in dicto Concilio dictum notarium deputari, & etiam (ut omnibus innotescat) specialiter bandiri facere.

De notario, qui scribere debet aliquod instrumentum, Rub. XLII.

CVM Tabellio rogatus fuerit scribere aliquod instrumentum, si ille, ad quem pertinet instrumentum, conqueri uoluerit de notario, ut illud scribat, & rectores teneantur, & debeant compellere notarū, ut sua fide scribat illud, cum salario competenti. Si uero intra annum contractus scriptus, & publicatus non fuerit, & per se fecerit, eo q. interpellatus non scripserit, & non publicauerit, nihilominus pro remuneratione protocolli notarius recipiat, & describatur, & publicatione instrumenti lucrum habeat quinq; sol. & de testamento ad arbitrium Iudicis, si notarius non fuerit in concordia cum illo, qui scripserit publicari. Item q. si tabellio infra decem dies post requisitionem sibi factam, & traditionem cartę instrumentum non publicauerit, & non restituerit illi, qui petierit, & ad quē instrumentum pertiner, facta satisfactione mercedis competentis, condemnetur dictus tabellio in uiginti sol. den. ad quam pœnā similiter teneatur petens sibi fieri instrumentū, si infrà decem dies instrumentum petitū non receperit, & integrè notario nō satisfecerit.

De copia instrumenti diuisionis danda. Rub. XLIII

STATVIMVS, & ordinamus, q. si quis habuerit instrumētum alicuius diuisionis, & aliquis, ad quem spectaret dictum instrumentum, aliqua occasione petierit copiam dicti instrumenti, teneatur habens dare copiā expensis petentis: & D. Potestas cogat ipsum ad traditionem, si notarius, qui scripserit dictum instrumentū, esset defunctus.

Quòd plena fides adhibeatur regitis, sicut instrumentis publicis. Rub. XLIIII.

ITEM statuimus, & ordinamus, q. regita manu publica scripta fidem faciant in iudicio producta, sicut instrumenta publica, & ipsis regitis productis plena fides adhibeatur, sicut instrumentis publicis.

De protocollis notarii defuncti. Rub. XLV.

SI Notarius defunctus non commiserit alicui notario protocolla sua, Concilium generale nostri Communis committat illa cui uoluerit. Et instrumenta, quę etiam heredes registrauerint in protocollis, firma habeantur, perinde ac si à notario, qui rogatus fuit, scripta essent: & postq; commissa fuerint infra octo dies illi notario date, & consignatę heredes teneantur, ad pœnam decem lib. den. Et notarius, cui commissa fuerint protocolla, teneatur participare etiam lucrum quod ex ipsis protocollis receperit, cum heredibus notarii defuncti hoc modo, uidelicet q. mediteratem lucri participent heredes, & alteram mediteratem notarius: ad quod lucrum persoluendum D. Potestas cogat dictum notarium de facto sine aliqua iuris solennitate, uinculo iuramenti. De quibus protocol lis fiant duo inuentaria, quorum unum remaneat penès heredes, & alterum apud notarium, ad hoc ut fraus aliqua committi non possit. Et si infra protocolla prædicta essent aliqui contractus qui pertinerent ad illum notarium, cui protocolla committerētur, teneantur, & possit D. Potestas, qui pro tempore fuerit, committere ad scribendū alio notario sine requisitione, & consensu Concilij generalis ad uoluntatem suam. Addentes, q. notarii, quibus commissa fuerint regita, & instrumenta, & scripturę alicuius notarii prędę functi, uel qui religionē transiffer, uel forer aliquo impedimento detentus, possit scribere, & publicare sine alia cōmissione D. Potestatis, uel Concilij generalis, non obstante, q. heredes scripti in testamento non habuerint hæreditatem, uel se non miscuerint in hæreditatem defuncti. Item uolumus, q. de impedimento fterur simplici uel bo notarii committentis, sine aliqua probatione impediment, uel iuramenti.

& debeant,ad petitionem cuiuslibet petentis,super prædictis,ex suo officio, procedere,& ipsos condemnare,secundum formam præsentis capituli.

De pacificatione facienda per Rectorem dictæ Terræ. Rub. LI.

ITEM ordinamus,q. si contigerit esse aliquam litem, causam, uel controuersiam, inter aliquos terrigenas ; noster D. Poreftas,uel eius Vicarius,teneatur(pro uiribus) de partium uoluntate,perquirere summarie,quis ex litigatoribus potiora iura habuerit,& dictos litigantes amicabiliter componere inter eos,bona fide, omni fraude cessante.

De loco litis per Rectorem uidendo. Rub. LII.

ITEM ordinamus, q. quotiescunq;inter aliquas personas fuerit aliqua quæstio ciuilis,uel criminalis : Rector,ad petitionem alterius partis,teneatur, & debeat, ad locum litis,& differentiæ personaliter accedere,intra Terram,& extra,sinè aliqua mercede : & dictam quæstionem,& litem pro uiribus pacificare,& terminare,summarie studeat,& habere fecú de melioribus conuicinis illius contratæ, qui melius nouerint ueritatem : & dictus Rector uadat eques(si expedierit)ad locum litis,expensis perdentis,& teneatur,uinculo iuramenti,& sub pœna centum solidorú,ipsas lites diffinire,& terminare,infra quindecim dies, absq; salario alio, uel mercede.

De pactualibus,& seruientibus. Rub. LIII.

ITEM ordinamus,q. si quis, uel si qua cum aliqua persona pactum fecerit de stando ad seruiendum sibi pro solidis,uel mercede aliqua, & noluerit obseruare, quod promiserit : Rector cogat talem seruientem, & pacisecentem ,pactum ,quod promiserit,seu fecerit; obseruari facere,& domino,seu dominę damnum emendari faciat,quod sustinuerit occasione fugæ ; & restituatur, quic quid de suis bonis acceperit,uel asportauerit : & æstimen ea,& calcamẽca,quæ à domino habuerit,eidem restituat ; & pro quolibet die accepto per famulũ domino,uel dominæ tempore mẽsis,det duos solidos : pro quolibet uerò accepto tempore uindemiarum, & seminationum, & aliorum dierum, quibus seruire debebat, denarios decem,& octo. Si uerò famula fuerit,pro quolibet die,cuiuscunq; temporis,domino,uel dominæ restituat duodecim denarios : & nihilominus dies acceptos, & deperditos,in quolibet casuum prædictorum,restituere teneatur,uel extimationem seruitii,quod fecisset pro dictis diebus acceptis,ad domini,uel domine uoluntatem,saluo,q. si fuerit infirmus,q. dies solummodo acceptos,uel extimationem operum dierum acceptorum,restituere teneatur. Et nullus de dicta Terra,seu habitator ipsius,famulam,uel famulum alí cuius in sua domo propria,uel conducta,debeat receptare,seu retinere,postq; fuerit dictũ, uel denunciatum per dominum,uel dominam, qui eum, uel eam retinuerit, sub pœna uigintiquinq; sol. tam famulo, q̃ recipienti, uice qualibet : & creditur de operibus acceptis, uel extimatione operum dierum acceptorum domino,uel dominæ, usq; ad quantitatem uiginti solidorum, suo sacramento : & de rebus acceptis,uel extimatione,usq; ad quantitatem triginta solidorum ; ab indè uerò supra,probis testibus credatur : non obstante q. famulus,uel famula essent maiores ætatis.

De laboratoribus agrorum,& uinearum. Rub. LIIII.

ITEM ordinamus,q. omnes,& singuli laboratores possessionũ,& uinearum, debeãt possessiones,quas ad laborandum acceperint,bene,& legaliter colere,& laborare temporibus debitis,& congruis,ad modum,& usum boni laboratoris : & bladabene,& diligenter

genter mundare,& fabas lingonizare,siuè zappare,usq; ad kal. Aprilis, & uineas rannare, & zappare duabus uicibus, uidelicèt prima uice per totum mensem Maii,secunda uerò uice,usq; ad medium mensem Augusti,sub pœna uiginti sol.den. & dominus possessionis(si laborator à dictis terminis defecerit)mũdatores,uel zappatores,& rannatores,expensis laboratorum,ad prædicta facienda,ponit, & ualeat conducere. Addentes,q. laboratores uinearum,ullo modo,aut quæsito colore,possint, & ualeant per se, uel alium,accipere cannas ueteres,sarmenta, fuæ uites per eos incisas, & poratas, absq; expressa licentia domini possessionis,siuè uineæ,sub pœna emendationis in duplum, & uiginticunq; sol. den. Et Rector nostræ Terræ,ad omnem requisitionem, siuè petitionem domini possessionis,aut uineæ,constringat personaliter dictum laboratorem, siuè laboratores,ad reintegrandas dictas expensas, aut cannas,& uites(ut supra)dicto domino possessionis ; de quibus stetur suo iuramento.

De arboribus pendentibus super terram sui conuicini. Rub. LV.

ITEM ordinamus,q. omnes,& singuli habentes arbores pendentes super terram sui conuicini,teneantur,quod pendet,incidere, & euacuare,in termino sibi per Rectorem dato,ad pœnam uiginti sol. den. & hoc,nisi aliter cum illo,cuius fuerit terra,conuentũ fuerit ; & ferat interim domino possessionis, siuè terræ(moderatè tamen) causa ibidem comedendi,impunè colligere de fructibus dictarum arborum pendentium supra terrã suã. Et si eius beſtiæ,uel sui laboratores damnum dederint in dictis arboribus,& fructibus ipsarum,ad damnum non teneantur,& accusatio non ualeat.

De plantando, siuè alendo arbores, fractas, siuè sepes iuxta uineas, & canneta sui conuicini. Rub. LVI.

ITEM ordinamus,q. nulli in nostra Terra,aut eius districtu habitanti, liceat plantare,aut eleuare aliquod dumetum,salicetum,ulmetum, populetum,aut aliquod aliud arboretum, seu sepis genus,iuxtà uineã alicuius, aut iuxtà terram, in qua poneretur uinea, uel cannetum alicuius conuicini,in confinibus,sub pœna centũ sol. uice qualibet. Quod quidem arboretum,seu sepem, teneatur dominus ad terminum,ad petitionem conuicini, sibi darũ per Rectorem : irritare, atq; omninò extirpare,sub dicta pœna ; in qua condemnetur, si mandatis Rectoris non parauerit ; & nihilominus prædicta obseruet. Statuentes,etiam sub dicta pœna, q. nullus conuicinus,iuxtà uineam, uel cannetũ alicuius sui conuicini,& propè terminos eiusdem,per tres pedes ad summum, habere possit aliquam arborem infructiferam.

De remundatione arborum. Rub. LVII.

INSVPER ordinamus,q. si quis habuerit in aliqua possessione aliquas arbores steriles,propè terram sui cõuicini, per quinq; pedes, secundum pedem iustum, eas debeat remundare à radicibus,usq; ad apicem,ita q. nõ faciant aliquam umbram super, & uersus terram sui conuicini : & hoc facere debeat quolibet anno, sub pœna uiginti sol. uice qualibet : & nihilominus obseruet prædicta ad petitionem sui conuicini hoc petentis,infrà tertminum quinq; dierũ sibi per Rectorem statuendum non obstante, si aliqua uia esset inter terram,in qua starent dictæ arbores, & terram sui conuicini. Et si aliqua arbor sterilis penderit super terram alterius,ille,cuius fuerit arbor, teneatur incidere illam, sub dicta pœna : saluo,q. aliquis non teneatur incidere syluam stãtem iuxtà possessionem alicuius sui conuicini,mediante aliqua uia.

De eo, qui uoluerit facere murum inter se, & conuicinum. Rub. LVIII.

ITEM ordinamus, q. si qua persona in nostra Terra uoluerit facere murum inter se, & suum conuicinum, ad ipsius petitionem Rector dictæ Terræ cogere teneatur suum cõuicinum, cum fabricare communiter, uidelicet pro dimidia parte spatii, lapidũ, & cuiuscunq; materiei ad eum fabricandum necessariæ: necnon magistrorum, & omnium aliarũ operum, & expensarum necessariarum ad dictum murum, imponendo ei pœnas, & bannda pro suo arbitrio: saluo, q. si ille, uel illa, qui, uel quę requirebatur à suo uicino ad faciendum dictum murum, esset grauiter infirmus, uel infirma, uel oppressus, aut oppressa ma gna pauperate, propter quod dictum murum facere non posset, de quibus Rectori fie ri debeat plena fides: hoc casu prædictum murum facere non cogatur, sed debeat tãtum de suo spatio dare, & confignare suo conuicino, quantum ualet medietas materiei, & expẽ sarum (ut supra) necessariarum: & tunc ille, uel illa, qui facere uoluerit dictum murum, ip sum faciat omnibus suis sumptibus, & expẽsis, & ille murus sit, & esse debeat communis illi, qui spatium tribuit, & assignat, usq; ad altitudinem domus suæ: sub pœna illi, qui, uel quæ murum extruere fecerit, & requisitus recusauerit communitatem conuicino, centum solidorum: & nihilominus prædicta obseruare debeat.

De filio familias gerente negotia patris. Rub. LIX.

ITEM ordinamus, q. omnes promissiones, & obligationes, quas fecerit, fe obligãdo, filius familias, qui gerit, & administrat omnia, tanq; pater familias, ualeant, & teneant, tã quam pater eius legitimè consensisset: saluo, q. si pro aliquo fideiusserit, nõ obligetur, nec pater ex tali contractu teneatur.

De patre diuidente bona inter filios. Rub. LX.

PRAETEREA ordinamus, q. si quis pater familias diuiserit bona sua, ipso uiuente, inter filios suos, uel nepotes, quocunq; modo, uel forma, q. quocunq; titulo, ex causa, uel sine causa: talis diuisio, uel assignatio per eum facta, ualeat, & teneat, & habeat plenissimam firmitatem: lege aliqua in contrarium loquente non obstante. Et prædicta ualeant, & teneant in præterito, præsenti, & futuro tempore, sub pœna cuilibet contrahenti, uel contrafacienti eorum sol. & nihilominus prædicta omnia, & singula per patrem familias facta, & dispensata inter filios, aut nepotes (ut dictum est) firma perdurent, & succedant loco testamenti, & institutionis hæredum, si decesserit intestatus.

Quòd filius familias posit stare in iudicio. Rub. LXI.

ITEM ordinamus, q. filius familias posit esse in iudicio, tãm in agendo, q. in defendẽdo, ciuiliter, & criminaliter: & etiã si sit minor xxv. annis, maior tamen xiiii. in ciuilibus, & maior xviii. in criminalibus, sinè patris cõsensu. Et quod per eum factum fuerit, ualeat, & plenam obtineat firmitatem: lege, seu casu aliquo in contrarium non obstante.

De his, qui uias non habuerint casu eundi ad eorum possessiones. Rub. LXII.

ORDINAMUS etiam, q. si quis habuerit aliquam possessionem, & uiam propriam non habeat, per quam ad eam liberè ire, & redire possit; liceat sibi iter, atq; actus necessarius ad dictam suam possessionem per possessionem sui cõuicini, uel suorum conuicinorum: saluo, q. si ille, cuius fuerit possessio, uel illi, quorum fuerint possessiones, quibus uti uoluerit, uoluerint uendere dictum ius, seu seruitutem itineris, atq; actus: tũc ille, ad quem ipsus spectat, atq; est necessarius per alienas possessiones: teneatur dictũ ius, seu seruitutem emere iusto precio, & competenti. Si autem prædicta emere noluerit: tũc nec ibi, nec fuorũ alicui licebit, uel actus per eas possessiones: ac pœna debita puniatur. Et sit in electione uendentis, uelle uendere seruitutem, uel ius prædictum.

De præ-

De præscriptionibus. Rub. LXIII.

CVM uigilantibus, & non dormientibus iura subueniant: iccirco in fauorem uigilantium, & in odium negligẽtium, litigiosas infestationes, quæ contrà possessores, & non possidentes, plerunq; callidè inferuntur, & ad excitandum pigrorum inertiam, ac eorum iura solertius prosequendum, uehemẽti decisione prouisum est, q. qualibet legitimæ ætatis persona nostræ Terræ habens aliquã actionem realem, uel personalem, seu aliquod ius contrà aliquem: interactor, & debeat ipsum ius, siue actionem intentasse omnimodè, & in iudicium produxisse, & ipsam personam realiter, & personaliter debuerit, seu obligatam legitimè conuenisse, infrà metam, & tempus uiginti annorũ continuorum, à die natę obligationis, siue actionis: alioquin post dictũ tempus habeat locum præscriptio, ipsoq; iure, & facto stante à tali iure, actione, & ab omni, quæ ex indè nascebatur obligatio sit, & esse intelligatur actor uacuus, & in qualibet iudici parte, tãm in petitorio, q. in medio, & in fine, usq; ad diffinitiuam sententiam, talis exceptio, & temporis præscriptio sibi obsteat; saluis tamen modò impedimentis legitimis, & ueris, per quę, uel quorũ aliquod talis per sona uolens experiri, uel agere, de iure admittenda, uel audienda non foret: saluo etiã euidenti impedimento facti, uel uiolentiæ, uel terroris, per tyrannicam sortẽ, aut manifestam similem præuitatem. Item saluo impedimento ætatis minoris, cui de iure cõmuni per præscriptionem, aut per restitutionem soleat subueniri: & saluis casibus reseruatis prætendarum dotium: in quibus duntaxat à casibus reseruatis, prædicta iniquitati annorum præscriptio non obstet, nisi per tempora, quibus huiusmodi impedimẽta temporis dictę præscriptionis, connumerari debeat tempus auctorum, & prædecessorum continuatum legitimè.

De modo, & ordine soluẽdi, p petitionibus, & aliis scripturis in ciuilibus. R. LXIIII.

ITEM statuimus, & ordinamus, q. pro qualibet petitione ascendente usq; ad quantitatem centum sol. actor, & reus soluant denarios quatuor in cippo communis: & à cẽ tum sol. supra, usq; ad quantitatem uiginti quinq; librarum, denarios sex: & à xxv. lib. usq; ad quantitatem quinquaginta lib. soluant octo denarios: & à quinquaginta lib. supra, sol uant denũ. duodecim. Item pro qualibet termino dato, usq; ad quantitatẽ centum sol. soluant denũ. duos: & à centum sol. supra, usq; ad quantitatẽ decem lib. soluãt denũ. quatuor: & à decem lib. supra, usq; ad quantitatem quinquaginta, soluãt denũ. sex: & ab indè supra, denũ. octo. Item pro productione cuiuslibet publici instrumenti, usq; ad quantitatem centum sol. denũ. sex: & à centum sol. supra, usq; ad quantitatem decem lib. denũ. octo: & à decem lib. supra, usq; ad quantitatem quinquaginta lib. denũ. duodecim: & ab indè supra, sol. duos. Item pro qualibet commissione bandi, facienda in ciuilibus causis, usq; ad quantitatem centum sol. soluant denũ. quatuor: & à centum sol. supra, usq; ad quantitatem decem lib. denũ. sex: & à decem lib. supra, usq; ad quantitatẽ xxv. lib. denũ. octo: & à xxv. lib. supra, usq; ad quinquaginta lib. denũ. decem: & ab indè supra, sol. unum. Item pro qualibet executione facta, ad petitionem actoris in ciuilibus causis, usq; ad quãtitatem centum sol. denũ. quatuor: & à centum sol. supra, usq; ad decem libr. denũ. sex: & à decem libr. supra, usq; ad uiginti quinq; lib. denũ. octo: & ab indè supra, usq; ad quinquaginta lib. denũ. duodecim, & ab indè supra, sol. duos: & hoc ad rationem duodecim denariorum pro quolibet solido, si uè denariorum uiginti quatuor pro qualibet bononeno.

De decedentibus ab intestato, sine filiis. Rub. LXV.

ITEM statuimus, & ordinamus, q. si aliquis, uel aliqua decedat intestatus, uel intestata, sinè filiis legitimis: q. bona omnia, & iura sic ab intestato morientis, deuenient, & de uoluãtur in sic decedentis ab intestato, propinquiores consanguineos, ex paterna, uel aui paterni linea descẽdentes, cum satis sit consonum rationi, q. talia bona reuertantur ad eũ statũ, undè principiũ habuisse nosciuntur. Et prædicta locũ habeãt in præsentibus, pendẽ

nibus, & futuris, & in omnibus, & singulis casibus, etiã in pupillo, cui nõ ste facta legitima substitutio, ab intestato decedẽti, & etiã in quolibet alio, ad testãdũ inhabili, de iure ciuili.

De feriatis diebus. Rub. LXV.

STatuimus insuper, q̃ diebus feriatis in honorem Dei, fed ob mefles, ob vindemias, uel ob alia causam à ciuibus nostri cõis inductã, D. Potestas, & eius V. icarius ad uis diceu dũ in ciuilibus causis, nõ teneãtur, nisi in casibus à iure, seu à nostris statutis reseruatis, uel dispositis. Dies aute feriatos in honorẽ Dei, etiã uolumus omnes, & singulos cõtentos in nro statuto, posito in primo libro, sub rub. 2. de ueneratione, & custodia dieru domicorũ, & sanctorũ, & octo dies precedẽtes, & octo subsequẽtes, festos; sacratis. Natiuitatis D. N. Iesu Christi, & ius sanctis. R. esurrectionis, & duos dies precedẽtes, & duos subsequẽtes festoru gloriosis. confessoru, & martyru, Iusti, & Tolłani, protectoru, & defensoru ciuitãtis cõis: & dies omnes R. ogationũ, siue pecisionales: & omnes dies, quibus generale concilũ celebratur, & omnes dies, à die festi S. Petri, usq; ad festũ S. Marie de mense Augusti inclu siue, ob mesles, & ob uindemias: omnes dies, à xx. diebus mẽsis Septẽbris, usq; ad xx. dies mẽsis Octobris inclusiue: & omnes, & singulos dies, quibus in dicta Terra aduenerit Rector. D. Legatus, Gubernator, seu Rector S. R. Ecclesiæ, uel alius Prælatus, uel dominus, qui per cõmune honorabitur. R eliquos aute dies uolumus esse iuridicos, & D. Potestatẽ, & eius V icarium teneri horis consuetis federe pro tribunali, ad ius reddendum. In criminalibus autem cautis, & similiter in damnis datis, nullos esse dies uolumus feriatos.

De non maritando alienam filiam, fororem, uel pupillam. Rub. LXVI.

ALienam filiã, uel sororẽ carnalẽ, nemo audeat maritare, nec tractare, q. maritetur, uel nuptui tradatur, nec esse testis, notarius, uel arbiter, aut p̃missor in nuptui tradẽdo, maritãdo, uel occasione maritãdi, uel aliud inde, aut circa illud principaliter, uel scienter face re, uel quomodolibet ordinare, nisi cũ scientia, & expressa uolũtate patris, uel fratris carnalis, & tandẽ consil, ad quos uidetur spectare. Et ide se repete cõstituta in potestate, & simili bus fieri p̃hibetur, de filia dicti q̃ est: & hoc, nisi talis sorer uidua fuerit, & seorsum habitauerit, & de per se in aliena potestate, & mãsione, à fratre, uel fratribus, licẽ pupilla aliquam, uel adultã, minorẽ xv. annis, siue tutorẽ, & curatorẽ habeat, siue nõ: nemo audeat maritare, uel circà matrimoniũ operã dare, & aliquid operari, uel facere, ut supra in filia, & sorore dicti q̃ est, sine expressa scientia, requisitione, & uolũtate quatuor proximorũ consanguineorũ ad minus, uel saltẽ affinii, si consanguinei proximiores nõ exstãt, etiã tutoris, & curatoris, si extent. Cõtrafacientes ueró in p̃dictis, in centũ lib. den. p. quolibet, & uice qualiter condemnetur. Excipimus tamẽ, si quãdo pater, uel frater non forent fane mẽtis, uel ex aliqua euidenti cupiditate, & malitia recusarẽt consentire: quo casu ei licentia D. Potestatis, uel Vicarii, p̃dicta, & quodlibet p̃dictorũ fieri possint, & debeant impunẽ. In p̃dictis autem casibus prohibitis posit, & teneatur R egimen semper, & quandocunq; inquirere, & procedere, ad petitionem, & quarelam cuiuscunq; petentis.

Quòd nulla mulier posit nuptui tradi alicui forenſi, nec aliqua bona in dotem dari, aut aliquo titulo alienari. Rub. LXVII.

STatuimus, & ordinamus, q. nulla mulier S. Iusti, uel eius territorii, cuiuscũq; etatis, status, ordinis, succedens in bonis, & hereditate patris, uel alioru ex linea paterna, uel materna: posit, nec ullo modo ualeat nuptui tradi alicui forenſi, & non subiecto iurisdictioni nostræ Terræ, sub pena, & ad penam centum ducatorum auri, applicañ. pro medietate Communi S. Iusti, & pro alia medietate R. eueſ. Carñ. A poſt. pro qualibet uice, & quolibet contrafaciente. & nullus notarius cõfigena, uel forenſis posit de talibus nuptiis, fude matrimonio, & contractibus rogare, sob dicta pena (ut supra) applicañ. nec talis mulier posit, aut ualeat bona aliqua dotis nomine, sub alienationis, aut conditionis, permutationis, locatio-

locationis, nec alio sub aliquo titulo in forenſem aliquem transferre, sub pena, & ad penã prædictam, tãm alienanti, q̃ recipienti, applicañ. (ut supra.) & talis translatio ipso iure, & facto non ualeat, & p̃sumatur dolo, & p̃sumptione adhibita ad fraudandũ leges, & statuta: & iuramentum interueniẽs: & D. Potestas nostræ Terræ super tali alienatione contrà tales alienantes, nullam habeat iurisdictionem, uel potestatem, super ea cognoscendi, terminandi, aut exequẽdi, sed dicta alienatio careat uiribus, & habeatur, ac si nulla interueniſſet alienatio: & dominium, & possessio talium rerum alienatarum, seu in dotem datarum, ip so iure transeãt in Cõmune prædictum, & ipsi Communi applicẽtur pleno iure. Et si quis forenſis aliquam mulierem ex prædictis acceperit in uxorẽ, bona talis mulieris nullo modo, etiam cum consensu mulieris prædictæ, aut mulier ipsa, etiam cum consensu dicti uiri possit aliquo modo alienare, sub pena prædicta: & si secus fieret: talis alienatio nõ ualeat, nec teneat ipso iure, imo p̃sumatur dolo, & fraude facta, etiam si iuramentum interueniſſet: & talis mulier, uel eius hęredes de dicta Terra S. Iusti, uel eius territorio, semper, & omni tempore habeant regressum contrà tales habentes, uel possidentes dicta bona, & in ipsis bonis: non obstãte quocunq; temporis curſu, uel p̃scriptione. Et prædicta locum habeant in p̃dictis, p̃dentibus, & futuris: super quibus nullo modo posit renũciari, nec aliquo modo derogari, nec contrà prædicta in Concilio dictæ Terræ p̃aponi, nec arrengari, sub pena tali p̃ponenti, & arrenganti quinquaginta ducatorum auri pro quo liber, & qualibet uice, applicandorum, ut supra.

De quarta parte, matri debita, ex bonis filioꝝ, ab intestato mortẽtis. Rub. LXVIII.

AD Solatium defunctorum liberorum, ordinamus, q̃ filius, uel filia bus ab intestato morientibus, mater in eorum bonis, & hæreditate, ueniat ad successionem pro quadrante, seu quarta parte, nõ existentibus tamẽ uno, uel pluribus aliis filiis, uel filabus, qui, uel quę ad successionem fratrum, uel sororum, matrẽ excludentes, inuicem admittuntur: & non existente aliquo patris, uel paterni aui testamento, ex quo fuisset aliqua substitutio pupillaris subrogata, ac extrà matrem prouisum. Quarta aute pars intelligatur, & sit detractis legatis, ære alieno, ac alio quocunq; grauamine, cũ ipsis bonis, ac hæreditatibus trãseuntes. Nec non ab intestato quis mori intelligatur, seu q. moriens, mortis tempore, ad testandũ habilis, uel non habilis fuerit, aut seu q. poterat, uel nõ poterat testamẽtum facere. Teneantur aute hęredes ipsi, ad quos dicta bona, seu hæreditas peruenit, dictã quartam partem matri prædictæ, seu eius alicui mandatario, aut procuratori: integrè, ac sinẽ ulla cõtrouersia, tribuere, atq; assignare, intrà annum, à die ab intestato mortẽtis: & nihilominus si intrà dictum tempus, dicta quarta pars, ut supra) non assignetur, p̃dicti ius matris integrum remaneat, ac nulla ex parte labefactatum intelligatur. Si autem talis hęreditas, ac bona apud matrẽ mortis tempore reperiantur, tunc liceat ipsi quartã retinere, alsiq; ac hęreditatis partes reliquas hæredibus ab intestato uenientibus, integrè, ac sinẽ ulla cõtrouersia, transferat: in hac autem quarta parte, matri acquisita, includantur, atq; computẽtur omnia, & singula, quæ ex iure cõmuni, seu aliqua alia actione, ac iurisdictione poſsẽt, ultrà quartam, ad matrem ex prædictis filiorũ bonis peruenire: ita q. si ex aliquo iure, uel actione uellet dicta mater plus quarta petere, & indè esset in mora restituendi: alarum hęreditatis partiũ, ſtatim, ac ipso facto intelligatur cadere ab omnibus, & singulis actionibus, ac iurisdictionibus, quomodolibet, & qualitercunq; posset eas intentare, tãm circà prædictã quartam, q̃ circà aliam quamcunq; partem, seu totũ dictæ hæreditatis, ac bonorum. Hæc autẽ omnia, & singula locum habere uolumus in p̃sentibus, p̃dentibus, & futuris casibus, de quibus non fuerit aliqua controuersia, aut lis apud nostram Curiam in iudicio intentata: statuto tamen, ac capite supra posito in rubr. de ab intestato morientibus, nulla ex parte derogãdo, sed potius firmum, integrum, ac inlabefactãti permaneat.

Liber Secundus Statutorum Terræ S. Iusti feliciter explicit.

IN DEI NOMINE. AMEN.

MVNICIPALIVM LEGVM, AC STATVTORVM

ECCLESIASTICAE TERRAE SANCTI IVSTI.

Maleficiorum, Liber Tertius feliciter incipit.

PROOEMIVM.

IMPVNITAS Scelerum fideles deterret, & malorum audaciam mirum in modum auget. Ne igitur facilitas ueniæ occasionem, ac uiam tribuat delinquendi, iuxtà huius tertii Libri censuras delicta uindicentur, ac deinde mali comprimantur terrore pœnarum, boni autem ad opus Virtutis præmiorum gloria immittentur.

De in ius uocando, siue citatione in criminalibus. Rub. Prima.

VBI Maius imminet periculum, ibi cautius est agendum. Idcèq; statuimus, q. citationes in criminalibus hoc ordine fiant, uidelicèt, q. accusatus, denunciatus, seu inquisitus, primò citetur per Bayulum, uel nuncium Communis, cum cedula tenoris, & forme portanda, & assignanda, & etiam præsentanda, prout inferiùs continetur, personaliter, uel ad domum habitationis rei citandi, q. infrà fecundam diem legitimè compareat coràm D. Potestate, uel Vicario, ad se exculpandum ab accusatione, denunciatione, uel inquisitione, contrà eum formata: & si in termino prædicto non comparerit, citetur per Bayulum secundò, ex commissione prædicti Rectoris, cum cedula continente causam, & tenorem inquisitionis formatæ, nec non terminum trium dierum currentium, ad comparendum, & se excusandum, & defendendum. Quam cedulam bayulus ei, contrà quem procederetur, assignet, & dimittat, uel saltem in ostio domus suæ habitationis affigat, & affixam relinquat: & dum plures fuerint simul rei, in diuersis locis, seu habitationibus citandi, plures cedulæ indè fiant, modo simili præfentandæ, assignandæ, & dimittendæ: de qua citatione, sic facta, stetur, & credatur relationi bayuli, cui fuerit facta commissio, cum uno teste bonæ famæ, cuius nomen referatur per bayulum. & talis commissio, cedula, citatio, & relatio statim, & diligenter per notarium reducatur in actis. Et si in dicto termino reus citatus nò comparuerit: tunc ipso transacto termino, habeatur pro confesso, cóuicto, & testibus superato, de omnibus, & singulis, de quibus procederetur cótrà eum: & ex tali contumacia posfit, & debeat, tanq; confessus, & conuictus (ut suprà) cõdemnari, ita q. ex tali ficta confessione, talis reus sic contumax beneficium nullum consequatur. Prædicta autem locum habeant in terrigenis, & habitatoribus S. Iusti: in aliis uerò, ad citationem hoc ordine procedatur: uidelicèt, q. primò fiat citatio ad hospitium, seù locum, in quo hospitari, aut morari consueuit in Terra S. Iusti, ut infrà fecundam diem cõparear, & se excusaturus ab his, ex quibus procederetur contrà eum. Qui si non compareret in dicto termino, ex noua commissione iterum citetur per aliquem ex Bayulis Communis, publicè, & alta uoce, ad fenestram palatii Communis, quatenùs infrà terminum trium dierum proximè fublequentium legitimè, & peremptorie compareat debeat, ad se excusandum, & defendendum à tali accusatione, denunciatione, uel inquisitione formata, experimendo causam, & tenorem ipsius processus: & talis citatio, & relatio scripta in actis manu Vicarii D. Potestatis, ualeat, & sufficiat pleno iure. Et q. talis persona non sit terrigena,

genz, nec habitatrix, (ut dictum est) stetur, & credatur relationi Bayuli Communis, qui dictam primam citationem fecerit. In quo termino, si talis persona citata non comparuerit: tunc simili modo, ipso termino elapso, habeatur pro confessa, & conuicta, & tanquàm confessa, & conuicta posit, & debeat condemnari, siue puniri: nec si post dictam confessionem prædictam, reus fuerit confessus, talis confessionis beneficio gaudeat. Citationes autem dictis modis factæ, ualeant: secus uerò factæ non ualeant, nec teneant. Præsenti tamen ordine admittimus, q. tales contumaces, & quilibet eorum, non obstantibus contumaciis prædictis: possint, & ualeant, (si maluerint) quandocunq; antè sententiam legitimè comparere, cum idoneo fideiussore, uel alia idonea securitate, coràm Regimine, ad se defendendum, & excusandum, ex quibus contrà eos, seù contrà eum procedebatur: & ad promittendum parere mandatis Curiæ, & soluere condemnationem, omni contraria exceptione, & defensione remotis: quo casu beneficium confessionis taliter comparenti, & consitenti etiam admittatur.

De accusationibus, inquisitionibus, denunciacionibus, & eorùm processibus. Rub. II.

IN Omni maleficio, excessu, uel delicto, per nostrum D. Potestatem, & eius Vicarium procedi posse, & debeat, ad petitionem partis, per accusationem, uel denunciationem: nec non ex suo arbitrio, & mero officio per inquisitionem: & electa una uia, possit nihilominus alteram intentare, & etiam ad accusationem, uel denunciationem traditam, possit similiter, & in eodem processu per inquisitionem procedi, & etiam sententiari, cùm utrunq; officium tendat ad punitionem delicti. Saluo tamen, q. per inquisitionem, ex officio, siue accusatione in scripris tradita per patrem, uel socerũ mulieris, uel mariti, super, uel de adulterio, fornicatione, uel stupro, quod diceretur cõmissum in mulierem: non possit procedi.

Quòd processus facti super maleficiis, ualeant, non obstante defectu solennitatis, & substantialitatis. Rub. III.

STATVIMVS insuper, q. processus, quacunq; uia procedendi super quocunq; maleficio, uel delicto factus, uel formatus, in posterũ faciendus, uel formandus in Curia, uel foro nostri Communis per nostrum D. Potestatem, uel eius Vicarium, ualeat, & teneat, & plenum fortiatur effectum: non obstantibus substantialitatibus, & solennitatibus, aut forma aliqua prætermissa, dum tamen delictum, seù maleficium semper consteat per plenam, & legitimam probationem.

Quòd D. Potestas teneatur facere processum eadem die, qua sciuerit fore commissum maleficium. Rub. IIII.

STATVIMVS, & firmiter ordinamus, q. D. Potestas, seu eius Vicarius, ad petitionem cuiuslibet, nec non ex meto eius officio, statim, & eadem die, qua sciuerit, & ei delatum fuerit, aliquod maleficium, uel delictum fuisse commissum per aliquem, uel aliquos: teneatur, & debeat se informare de qualitate ipsius delicti, & super eo processũ formare, infrà octo dies proximè subsequentes, & sequenti die immediatè committere citationem, & relationem fieri facere, ita q. sic appareat in actis, sub uinculo iuramenti, & pœna uigintiquinq; librarum denariorum de suo salario retinẽdarum: & nihilominus, dicto termino elapso, possit, & teneatur similiter procedere ad punitionem delicti.

De copia processus DD. Prioribus danda. Rub. V.

NE Maleficia remanẽat impunita, & homines de iniurijs eis illatis iuridicè ulcisci nõ ualeant, statuimus, & ordinamus, q. quilibet D. Potestas, qui nunc est, & pro tempore fuerit, & eius Vicarius teneatur, & debeat, sub pœna prestiti iuramenti, & uigintiquinq; lib. den. de suo salario per Syndicatores tempore eorum sy ndicatus detrahẽi, mittere ea-

dem die, qua fuerit formata inquisitio, uel producta accusatio, seu denuncia, uel ad minus die sequenti, copiam inquisitionis, accusationis, uel denunciationis, ante q̃ reus, seu ipsius pars citetur ad se excusandum, & defendendum de maleficiis cõmissis, & contentis in accusatione, uel inquisitionibus, seu denũciationibus: excepto de damnis datis, & extraordinariis, de quibus copiam in Cancellaria, seu DD. Conſalonerio, & Prioribus dare nõ teneatur, nisi pœna de dicto extraordinario refultaret à centum ſolidis ſuprà: quo caſu tũc teneatur, (ut ſuprà) dictam copiam dare, & tranſmittere in Cancellariam, ſeu DD. Prioribus. Et ſi caperetur malefactor, ſiuè delinquens ante q̃ ſe excuſet, teneatur, & debeat eiſdē tranſmittere copiam de maleficiis, ex quibus proceditur quomodocunq; & qualitercunq; contrà dictum malefactorem, & has copias ſcriptas manu Vicarii, ſiuè notarii maleficiorum D. Poteſtatis, qui pro tempore fuerit, de uerbo ad uerbum, prout in inquiſitionibus, denunciationibus, ſeu accuſationibus continetur, eiſdem DD. Prioribus datas reponi, & fideliter conſeruari uoluimus, & mãdamus in Scrinio, ſeu capſa Communis apud dictum Cancellarium, nec permittere, q; in dictis copiis, poſt q̃ fuerint conſignatæ, & date, (ut ſuprà) ulterius aliquod addatur, minuatur, uel mutetur, abſq; conſenſu, & deliberatione Cõcilii credentiæ: & in fine officii D. Poteſtas, uel ſui officiales ipſas copias aſsignent. Syndicatoribus ipſorũ, ut prædicti Syndicatores uidere poſsint, an proceſſus ſint expediti, uel non, & ſi de dictis proceſsibus factæ ſunt condemnationes, uel abſolutiones, iuridicè nene. Et DD. Conſalonerius, & Priores, qui negligentes fuerint in prædictis, ſeu contrafecerint, incurrant pœnam decem librarum denariorum pro quolibet, & uice qualibet.

De excuſationibus reorum. Rub. VI.

STATVIMVS, & ordinamus, q̃ quilibet ſe excuſans teneatur, & debeat dare idoneam fideiuſsionem, & promittere parere mandatis Curiæ, & comparere, & condemnationi ſolueæ alioquin poſsit, & debeat poni, & detineri in carceribus, uel in palatio ſub bona cuſtodia. Addentes, q̃ negans tempore ſuæ excuſationis malefitium, ſuè delictum ſibi imputatũ, uel obiectum in proceſſu, cõdemnetur in quarto plus pœnę ſimpliciter imponendę ex forma ſtatuti, ut ſicut confitenti confeſsio prodeſt, ita negãti negatio nocear.

De dilationibus in criminalibus dandis. Rub. VII.

SI Perſona citata occaſione maleficii, uel delicti, ad ſe excuſandum, uel defendendum comparuerit, & ſe excuſauerit, & fideiuſsionem præſtiterit, & alia prædicta fecerit, tunc detur ei per D. Poteſtatem, uel Vicarium dilatio, ſiuè terminus quinq; dierũ continuorũ, ad ſui defenſionem faciendam: in quo termino poſsit, & debeat omnem ſuam defenſionem proponere, & ſuper ea probationem inducere. Tãlis autem terminus non curret, niſi data reo copia totius formati proceſſus: ſi tamen eam petierit, & uoluerit. Poſt uero dictum terminum decurſum, in aliqua defenſione nullatenus audiatur, niſi per officiale ſe iuerit, quõ minus ipſæ defenſiones probarentur, & fierent: quo caſu tempus ei reſtituatur, defectu officialis obmiſſum, recepto quoq; teſtibus, tam offenſę, q̃ defenſę. ſi facta fuerit, publicetur proceſſus, parte preſente, uel requiſita, & terminus, ſiue dilatio ſtatuatur ad accipiendũ copiã, & ad opponendũ competens, arbitrio D. Poteſtatis, ſiue Vicarii, dũ tamen ultra quinq; dies non poſsit extendi. Liceat tamen Curię prędicte, ex legitima, & uera causa impedimenti ſuo arbitrio reſtituere reo dilationes decurſas. Alię uero dilationes emergẽtes, & oportunę, ſint arbitrariæ, & pro arbitrio D. Poteſtatis, uel eius Vicarii moderãdę.

De teſtibus in maleficiis admittendis. Rub. VIII.

IN Criminali cauſa, teſtes eſſe non poſſunt parentes pro liberis, & è conuerſo, nec fratres carnales, nec etiam conſobrini, ſi pro fratre dixerint, nec in una, & eadem domo, & familia habitantes, nec ſocer, uel ſocius, gener, aut nurus, & è conuerſo: ſi huiuſmodi perſonæ pro reo, uel eius fauore dixerint: nec etiam alii, qui de iure communi à teſtimonio repellun-

pelluntur: præter mulieres bonæ famæ, & maiores quatuordecim annis, quatenus teſtimonium etiam in criminalibus ualeat, recipiatur, & admittatur, ſi aliter idonei cenſeantur: le ge aliqua non obſtante.

Qualiter cogantur teſtes pro teſtimonio perhibendo. Rub. IX.

STATVIMVS inſuper, & ordinamus, q̃ teſtes habitãtes in terra S. Iuſti, & eius diſtrictu bonæ conditionis, & fame nullo tormentorũ genere pro reddendo teſtimonio terreantur, niſi ex magna, & graui cauſa, quæ in D. Poteſtatis arbitrio relinqui uolumus. ſaluo etiã, q̃ per tres dies tantum in aliquo honeſto loco, uidelicet maſculi in maiori ſala palatii, fœminæ uerò in Eccleſia plebis, uel alia Eccleſia poſsint per D. Poteſtatẽ, uel eius Vicarium cogi, & perſonaliter detineri, ad teſtimonium perhibendum: dum tamen mulieres noctis tempore, uidelicet poſt occaſum Solis, nullatenus teneantur: nec etiã ui ri retineri poſsint, nec debeant de nocte, poſt q̃ pulſatum fuerit ad conſuetam laudem Eccleſiæ de ſero, & poſt ipſas horas liceat teſtibus impunè recedere, ſi eis ſtante per Regimẽ licentia denegata, uel non conceſſa: & officialis contrafacientes in prædictis, uel aliquo prædictorum, qualibet uice in uigintiquinq; libris denariorũ condemnetur, de ſuo ſalario extrahendis, & Comuni applicandis.

Quòd contrà teſtes in criminali cauſa opponi poſsit. Rub. X.

CONTRA Teſtes in criminali cauſa receptos, exceptionibus poſsit opponi, & probari, ſcilicet, q̃ ſit domeſticus, uel familiaris producentis: uidelicet, q̃ producẽti attineat, uſq; in ſecũdum gradum incluſiuè, ſecundum ius Canonicum computãs. uel q̃ ſit inimicus illius, contrà quem producitur, & q̃ falſum teſtimonii tulerit in dicta cauſa; & ulterà dictas exceptiones, uolens aliquã aliam opponere exceptionẽ, non debeat audiri.

De teſtimonio ſocii, uel participis. Rub. XI.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, q̃ ſocii, uel participis in quibuſcunq; maleficiis, uel delictis, teſtimonii recipiatur, & fidem faciat, ſicut alterius cuiuſlibet legitimi teſtis: ita q̃ prętextu ſocietatis, ſeu participationis prędicti teſtimonium nullo modo poſsit infringi.

Qualiter dicta teſtium ſcribantur in actis. Rub. XII.

NOTARIVS Maleficiorum, uel etiam ciuilium, & quilibet alius notarius, de aliqua examinatione teſtium rogatus, in quacunq; cauſa ciuili, & criminali, aut mixta; teneatur, & debeat, cinculo iuramenti, & pœna xxv. lib. den. nice qualiber, ſcribere in actis, & apponere dicta teſtium explicatè, & extenſè, non apponendo illa uerba, uidelicet dixit, ut ſuprà: nec ullam eſauſulam, uel aliam ſimilem, aut alia uerba, quæ requirant ſubintellectum, uel interpretationem aliquorum uerborum, quæ non eſſent expreſsè dicta, ſed potius declarando ſic: uidelicet talis teſtis dixit, ſe tantum ſcire de contentis in inquiſitione, uel proceſſu, ſeu articulo, uel alio capitulo, ſeu petitione, aut interrogatione, ſuper quo, uel qua examinatio fieret: & ſubſequenter adiicere ea, quæ teſtis ſe ſcire dixerit, prout ipſe teſtis protulit, & non aliter. Et D. Poteſtas, uel notarius contrafaciens, puniatur in decem libris denariorum pro qualibet uice, & quolibet teſte.

De copia ſcripturarum, & proceſſus danda. Rub. XIII.

PROVIDEMVS, & præſenti ſtatuto firmiter ordinamus, q̃ D. Poteſtas, ſeu eius Vicarius, in cuius Curia procederetur de maleficio, uel delicto: ad petitionem illius, contrà quem procederetur, uel alterius legitimè petentis pro eo: teneatur, & debeat exhibere, cum plena commoditate, eo piam ſcripturarum, & actorum proceſſus formati, uidelicet de teſtibus, & eorum dictis, poſt publicationem tamẽ, & de alis quandocunq; cum nomine accuſatoris, uel denunciatoris, in caſu quo non fuerit prohibitum. ipſorum

nomina manifestari, iuxtore alicuius nostri ordinis: & prædictam tamen copiam dari uolumus, & exemplari, siue scribi tantummodo manu Vicarii, uel eius uice gerentis, & non manu alicuius priuatæ personæ.

De allegationibus publicādis ad minùs per quinq; dies ante sententiā. Rub. XIIII.

INSVPER statuimus, & ordinamus, q; D. Potestas, siue eius Vicarius teneatur, & debeat, ad minùs per quinq; dies ante sententiam criminalem ferendam: publicè bandiri facere per tubicinam in locis consuetis nostræ Terræ, q; omnes, & singulæ personæ ac cusare, denunciare, uel inquisite de quocunq; malefitio, delicto, uel excessu, ac etiā de quocunq; damno dato, uel accusatione in Curia D. Potestatis, & sui Vicarii ueniant, & compareant, infrā quintam diem proximam, & peremptorie, ad allegandum, omneq;, & quicquid uolunt, & possunt, monstrandum, & dicendum, quare non debeant condemnari de contentis in procesibus, contrà ipsos formatis, & ad producendum instrumēta pacis, & alia beneficia, si qua habent: alioquin, &c. Quæ omnia, & singula in præsenti ordine contenta, teneatur officiales obseruare, & executioni mandare, sub pœna xxv. lib. den. de suo salario detrahendarum qualibet uice, qua contrafecerint, & nostro Communi applicā.

Quòd bandimentum in causis criminalibus, & etiam in damnis datis, habeatur loco citationis. Rub. XV.

VT Processus, & sententiæ in causis criminalibus, & etiam damnis datis, liberius propter utilitatem puniēdi delicti, ualeant expediri: hac sanctione firmamus, q; in omnibus causis malefitiorum, & damnorum datorum, absq; aliqua citatione bayuli, ad sentē tiam audiendam: sufficiat uox banditoris in locis consuetis, uocatis nominatim, uel generaliter, & appellatiuo nomine, accusatis, inquisitis, uel denunciatis, aut in bando positis, ut ueniant ad suas defensiones, & allegationes faciendum, & ad copiam actorum (si uoluerint) accipiendam, aut etiam ad sententiam audiendam, Quæ aduocatio, admonitio, & requisitio habeatur pro uera, & legitima citatione, tanq; si facta esset oretenus tribus edictis, & peremptorie.

De processibus expediendis, & sententiis in causis criminalibus ferendis. Rub. XVI.

STATVIMVS, & ordinamus, q; D. Potestas, seu eius Vicarius, quolibet bimestri ad minùs, ferat cōdemnationes, & sententias criminales: & omnes, & singulos processus, in quibus iustam, & euidentem causam impedimenti non habuerit: teneatur, & debeat expedire per condemnationes, uel absolutiones, infrà quadraginta dies, à die formati processus. Et idem facere teneatur de processibus pēdentibus, inceptis per predecessores eius, uel aliquem eorum. Et in sententiis criminalibus, siue damnorum datorum ferendis, hoc ordine procedatur: uidelicèt, q; die præcedenti, ex speciali commissione, bandiri faciat per publicum bandito rem cōmunis in locis solitis, & consuetis, q; omnes de concilio generali nostræ Terræ, die sequenti, ad sonum campanæ uenire debeant ad concilium in palatio D. Potestatis, & omnes, & singuli habentes aliquid facere in Curia dicti D. Potestatis, occasione alicuius malefitii, excessus, siue delicti, aut damni dati, contrà quos procederetur in dicto termino, in dicto concilio comparent legitimè, & peremptorie, ad eorum criminales, & damnorum datorum sententias audiēdas, super dictis processibus, & damnis datis. Quæ bandimenta per banditorem relata, in actis redigantur, & huiusmodi bandimentum habeatur, & reputetur pro uera, & legitima citatione, ac si solenniter de iure facta fuisset. Deindè in dicto concilio, & termino præfixo, sententias condemnatorias, & absolutorias ferat, & publicè legi faciat per notarium malefitiorum, siue Vicarium, super ipsis processibus, & damnis datis, prout de iure uiderit faciendum. Qui notarius, siue Vicarius dictas sententias scribat, & scribere teneatur duplicatas in carta papyracea, unius, & eiusdem tenoris, quarum una remaneat penes Curiam, altera uerò ponatur in Cācellaria Communis,

Communis, ne fraus committi possit, sub uinculo iuramenti, & pœna quinquaginta lib. den. de suo salario retinēdi, pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice. Et sententię sic late, uel date, ualeant, & plenum obtineant iuris effectum: solennitate, uel iuris forma omissa, non obstante: etiam si numerus perfectus, & legitimus conciliariorum nō adesset: sed ad minùs duo ex D. Prioribus, ac etiam Cācellarius, uel eius uice gerens, aut aliquis ex nostris nostræ Terræ, qui dictas sententias ausculter, unà cum dicto notario, seu Vicario D. Potestatis, tempore ipsarum lectuæ, & diligentiam faciat, si bene concordantur. Quo facto, immediate, & antè ipsorum discessum à tribunali, dicta copia in cancellaria ponatur, (ut suprà) publicata, & autenticata.

De erronea condemnatione corrigenda, & executionibus faciendis. Rub. XVII.

VOLVMVS, & firmiter ordinamus, q; D. Potestas, seu eius Vicarius, tàm suā, quàm præcessoris sententias condemnationis, de quacunq; persona, occasione alicuius malefitii, uel excessus factæ, latam, siue datam, in qua per formam nostrorum statutorū, & ordinum, manifestus error esset, uel apparere in quantitate pœnæ: possit, & debeat licitè corrigi, quo ad quantitatem ipsius, & in executione condemnationum tantùm uera, & debitam quantitatem, quæ imponenda fuerat per formam dictorum statutorum, & ordinum: exigat, & exigere teneatur. Superfluum autem ipso iure, uigore præfentis ordinis, intelligatur remissum, & penitus concessum. Et simili modo fiat, & obseruetur, si pena, uel eius quātitas fuisset minor imposita, quòd tunc per eundem Iudicem, uel successorem ad maiorem, & debitam pēnam possit extendi, & ipso iure intelligatur extensa: non obstāte, q; aliter lecta, & lata fuisset: & elapsis triginta diebus, à die sententiarū: teneatur, & debeat omnes condemnationes à se, uel sua Curia latas, in dicta ura quantitate exigere, & facere executioni mandari. Condemnationes uerò suorum præcessorum exigere teneatur, infrà uiginti dies, à die confignationis librorum, sub uinculo iuramenti, & pena xxv. lib. den. de suo salario pro qualibet, & qualibet uice: si tamen aliqui processus in dictis terminis non expeditentur, uel condemnationes in executionem retardarētur: nihilominus firmi, & firmæ remanent: & possint expediri, & executioni mandari possint: non tamē possit D. Potestas, nec eius Vicarius, nec Cācilium generale retractare, uel quo quo modo diminuere, uel mutare aliquam condemnationem, tàm exactam, solutam, & executioni mandatam.

Quòd D. Potestas non relinquat processum pendentem. Rub. XVIII.

STATVIMVS, & ordinamus, q; nullus D. Potestas, uel Vicarius, post finem sui officii relinquat aliquem processum pendentem, qui potuerit suo tempore uerisimiliter expediri, sub uinculo iuramenti, & pena quinquaginta librarum denariorum de suo salario retinendarum pro qualibet, & uice qualibet.

De beneficiis confessionum, pacis, & solutionis infrà tempus. Rub. XIX.

QVIA de iure communi, etiam parcitur confitenti, & sponte agēti quodammodò indulgetur: ideò præsenti ordine firmamus, q; persona accusata, denunciata, uel inquisita, occasione cuiuscunq; delicti, malefitii, uel excessus, in curia, uel in foro nostri communis: infrascriptis tribus beneficiis meritò releuetur: uidelicèt, si sponte cōfessus fuerit malefitium, excessum, uel delictum, de quo procederetur contrà eum, quandocunq; antè sententiam: ita q; ex ipsa confessione finé alia probatione cōdemnari possit, uel potuerit; condemnetur in quarta parte minùs totius summæ, in qua finé beneficio condemnātus fuisset. Si etiam pacem, & concordiam cum aduersario de commissa iniuria habuerit, ex publico instrumento, ipsam in actis produxerit in termino bandimenti, allegationis, uel antè: pro speciali pacis beneficio, cōdemnetur in medietate summæ remanentis, dicto cō fessionis beneficio detracto. Item, si suam condemnationem solueriit, infrà decimam quin tam diem, à die condemnationis: remittatur sibi in executione, pro beneficio solutionis

infrà dictum terminum, quarta pars residuæ quantitatis, & summæ, quæ soluenda tenit, deractis beneficiis antedictis: alioquin dictis quindecim diebus elapsis, solutionis beneficiũ sibi non profit: imo fiat executio contrà eum, cum quarto plurisue eódemue tempore prædictæ: in quo quarto pluri, vigore præsentis statuti ipso facto, si non soluerit infrà dictos quindecim dies: intelligatur incurfus, perindè ac si condemnatus fuisset. Quę quidem tãtum beneficia confessionis, & pacis, in pœnis maleficiorum, à quadraginta solidis infrà inclusiuè, & uerborum iniuriosorum, ac contumeliosorum, ac damnorum datorum locum uolumus non habere quo quo modo.

De augumentatione pœnarum propter negationem. Rub. XX.

QVEMADMODVM confessio confitenti prodesse, ita negatio neganti debet obesse. Ideò decernimus hac lege, ut negãti delictum, uel excessum in iua excusatione, & ab hac negationem alia ueniret probatio exigenda, pro faciendą condemnatione rei, seu per ipsum reum negaretur in totum, uel in partem, aut forte in aliqua qualitate, quę pœnã possit tollere, aut minuere, uel augere: possit, & debeat augeri pœna in quæ to pluri, & in dicta pœna puniri debeat negans, alia (ut dictũ est) probatione consuctus; sicut è contrà confitenti, per beneficium confessionis cõtegerit, uigore superioris ordinis, de beneficiis confessionis, prout suprà in ordine de excusationibus reorum cauetur.

De duplicatione pœnarum, ratione temporis nocturni, & qualiter intelligatur nox. Rub. XXI.

QVANDOCVNQVE in aliquibus casibus, ratione nocturni temporis, in quo reatus, excessus, siue maleficium commissum foret: non reperiretur in nostris ordinibus pœna specialiter augumẽtata, fuit maior constituta, & determinata: semper ratione noctis, pœna alia, simpliciter imponẽda per formam alicuius nostri ordinis: possit, & debeat, ratione noctis, utrique duplicari, & in aliud tantundem augeri, quanta esset pœna simplex prædicta. Quæ pœna duplicata, & augumentata simili modo, quo ipsa simplex, & principalis pœna, quo ad diminutiones propter beneficia ceneri debeat, & etiam reputari: & eodem modo quò ad augumentationes, ex causis aliis quibuslibet faciendis, dum tamen ipsa tantummodò simplex pœna, siue fors augeri debeat, non etiam duplicata: iure contrario non obstante. Et intelligatur nox à pulsatione Laudum, siue ab Aue Maria de serò in Ecclesia plebis, usq; ad sonum campanæ, quæ pulsatur de mane in dicta Ecclesia ad primam, ut suprà.

De duplicatione pœnarum, ratione loci, uel præsentiæ officialis, & qualiter intelligatur platea. Rub. XXII.

CVM plus, & minus nonnunquam, etiam locorum ratione, constituatur in excessibus, siue delictis atrocioribus, hoc ordine decernimus, ut quicũque persona ad delin quendum habilis, excessum, delictum, siue maleficium commiserit in aliqua Ecclesia nostræ Terræ, uel eius districtus, seu serò in Palatio Communis residentię D. Potestatis, & suæ Curiæ, uel DD. Consalonerii, & Priorum nostri Communis, seu etiam Cãcellarii, aut in aliqua domo prædictorum palatii, & habitationum officialium nostri communis, uel in quocunq; portico, seu parte ipsorum, palatii, domorum, & habitationum prædictarum; item delinquens, uel maleficium committens in foro, seu mercato, siue etiam nũdinis nostri communis, quo tempore fierent in nostra Terra, uel eius districtu: item delinquens, seu maleficium committens in platea publica: platea uero (ad dubitationem tollendam) intelligatur à muris palatii communis, seu extenditur, usq; ad angulum superiorem dicti palatii, siue turris dicti palatii, iuxtà, & antè palatium nouum DD. Priorum, prout extenditur dictum nouum palatium, usq; ad columnam rotundam portati, siue logiæ dicti noui palatii, & etiam delinquens, seu maleficium committens in dicta logia: item platea intelli-

intelligatur à dicta columna, prout extenditur ad angulũ Ecclesię S. Tossani, uersus portam plebis: & à dicto angulo, usq; ad domũ hæredum Bartholomęi Dominici, aliàs pupilli, prout extenditur ad domũ Thomæ Nicolæ, aliàs gobolo, & deindè ad domũ Christophori Dominici de plebe, & ad domũ Iacobi Bartholomæi pupilli: & ad domũ Ioannis Salaati, & Iacobi Nicolutii, prout dictæ domus extenduntur, ad domum Perbapti sæ Berti D. Thomę: & à dicta domo Perbapti sæ prout extenditur, ad domum Nicolai sę. Nicolæ: & à dicta domo, usq; ad domum sę. Gratii, sę. Symonis exclusiuè, uidelicet usq; ad angulum domus prædictæ dicti sę. Gratii, iuxtà domum dicti Nicolæ: & à dicto angulo, licut extenditur, ad domum Mariæ Bartholomęi sę. Angeli: & prout extenditur dicta domus Marini, tàm à parte uersus domum dicti Nicolai, q̃ à parte uersus puteũ platex: per directum autem, ad angulum domus dicti Perbapti sę Berti prædicti: & sicut dicta domus Perbapti sæ extenditur ad domum Cõmunis residentię DD. Priorum, sit extendirur, ad supradictũ palatium: & delinquens, seu maleficiũ committẽs in dicta domo cõmunis, & in portico dictæ domus, iuxtà palatium prædictum: item in lauiena publica cõmunis, uel in spatiis, & locis ipsius: item in aliqua porta S. Iusti, extrà, uel intrà per tres cãnas, uel etiam intrà cancellos dictarum portarum, delinquens, uel committẽs reatum, aut uerò iniuriam, uel offensam contrà aliquam personam, in domo, uel possessione propria, uel conducta ipsius persone offensæ, uel iniuriã passæ: uel etiam in præsentia alicuius officialis fotensis nostri communis, ubilibet existentis: & etiam in præsentia DD. Consalonerii, & Priorum omnium, uel maioris partis ipsorum, dum sunt in expeditione eorum officii, in quolibet casuum prædictorum, in præsenti ordine expreßorum, in quo non repetiretur ratione, uel intuitu loci, aut præsentia officialis, pœna aucta, uel maior constituta: semper delinquens, in dictis, suprà declaratis locis, uel aliquo ipsorum: puniatur in duplo eius simpli, quo puniretur, uel puniendus ueniret per formam nostrorum ordinum, dum alibi deliquißet, uel maleficium commißet. A dentes, q. pœna alicuius dictarum qualitatum, semel duplicata, amplius non duplicetur, nec duplicari possit, aut debeat aliqua alia ratione, qua ueniret duplicanda.

De pœna non probantis accusationem. Rub. XXIII.

NON probans accusationẽ, uel denunciationẽ maleficii, infrà terminum peremptorię à Iudice assignatum, uel assignandum; ipso facto incurrat pœnam quartę partis illius quantitatis, in qua ueniebat puniendus accusatus, uel denunciatus, si fuerit accusatio, uel denunciatio probata, contrà eum: & ubi plures accusationes, uel denunciationes fuißent simul, tunc simili modo fiat: & obseruetur fingulariter in ipectiuè cuiußibet accusæ: & denunciationis. V bi uerò pena imponenda talium accusato, uel denunciato, non pecuniaria, sed corporalis fuißet, tunc accußator in probatione deficiens, in centum libris de riationum condemnetur, sinè beneficio statutorum, & diminutione. Quod tamen locum non habeat in ßmpliciter quærelante sinè ßcriptura.

Qualiter pater teneatur pro ßlio, & è conuersò. Rub. XXIIII.

DECERNIMVS, q. ad pœnam delicti, seu maleficii, per ßlium familias cõmißi, omnia ipßus ßlii familias delinquentis bona, undecunq; acquißita: cedãt, & in executionem ueniant: non obßante, q. pater familias in eis, uel eorum aliquo quocunq; prætenderet usum ßructum, uel ius utendi, fruendi. Volumus etiam, q. ipße pater de bonis ßuis propriis, pro delicto, ßiue maleficio ßui ßlii familias, teneatur, & cõuenri possit, & executionem pati debeat, usq; ad integram legitimam inclußue, quæ tali delinquenti deberetur de iure, ßi ipße parens ßuißet præmortuus: niß talis ßilius familias uerè, & legitimè emãcipatus, & à uiribus patrię potestatis liberatus fuißet, & tempore maleficii, uel delicti fecit ßum à patre, nõßicte, sed uere ßilius familias habituerit: quo casu pullatenus legitima præ dicta de bonis uiuentis patris familias detrahi uolumus. Filius uerò pro patre, occaßione

delicti impetrar tantum in bonis, quę patris essent, uel spectarẽ ad eum, uidelicẽt pro iure ipsius patris tantùm. In aliis autem casibus, filium familias pro patre familias, uel è contrà, nullatenus teneri uolumus, uel in aliquo molestari: cùm alteri per alterum iniqua cõdictio afferri non debeat, nec alter alterius odio prægrauari.

De prohibita blasfemia Dei, Sanctorum, & Sanctarum eius. Rub. XXV.

DIVINA Lege inhibitum est, nẽ quis nomen Dei sui nominet in uanũm: & ex inde cũm nihil magis irã Dei habeat in homines promouere, q̃ nominis ipsius, & suorum Sanctorum, atq; Sanctarum blasfemia; constitutione imperiali comperitur prohibitum, sub grauissimis, etiam personalibus pœnis, nẽ quis in tale sacrilegij genus audeat prorumpere. Quocirca strictè prohibemus, ut nemo Deum, Iesum Christum, redemptorem, saluatorem, Spiritum sanctum, Trinitatem, aut eius matrẽ B. Mariam semper Virginem, aut aliquem Sanctũ, uel Sanctam, aut eorũ aliquod membrum, quouis modo, uel uia, publicè, uel occultè, blasfemare audeat, aut in eorum aliquam blasfemiã prorumpere, aut eorũ potentiã denegare. Secus autẽ audens: si de Deo, Christo, Iesu, uel de Spiritu sancto, siue Trinitate, aut B. Virg. Maria, uel contrà eos, uel aliquod eorũ membrum, seu de aliquo eorũdem, in lib. xxv. den. de facto uicio uice qualibet, sine aliquo exactionis iuris: saluo confessionis beneficio. Quam pœnam si soluere omiserit, infrà decem dies, à die præcepti sibi facti, & termini assignati ad soluendum̃ puniatur in duplum dictæ pœnæ, sine diminutione, & beneficio aliquo: & nihilominus ponatur in carceribus, & ex indè nõ extrahatur, donec non soluerit dictam pœnam. Si uerò aliquod aliud Sanctum, uel eius membrum aliquis masculus, uel fœmina audebit blasfemare? pro qualibet uice in lib. decẽ den. de facto, sine aliqua diminutione puniatur: saluo beneficio confessionis (ut suprà.) Quã pœnam si non soluerit infrà terminum decem dierum, à die præcepti sibi facti, & termini assignati ad soluendum̃ puniatur in duplum dictæ pœnæ, sinè diminutione, & beneficio aliquo, posq; nihilominùs ponatur in carceribus, & ex indè non extrahatur, donec non soluerit dictam pœnam. Super quibus tam enormibus maleficiis, speciales denunciatores per D. Potestatem, uel Vicarium deputentur, quorum uniusc̃uiusq; dicto, & iuramento, cum uno teste idoneo, plenè credatur, & fiatur: & semper in quolibet casuum prædictorum, denuntiatis nomen silẽatur. Hoc addito, (ut fraus aliqua nõ commẽtatur per D. Potestatem, uel Vicarium eius) q. nomen talis accusantis nonficetur, cum iuramẽto. D. Consalonerio, seu alicui ex DD. Prioribus, de quo magis cõfideret accusator. Insuper qui libet D. Potestas, seu Vicarius nostri communis, sui uinculo iuramenti, & pœna decẽ lib. den. de suo salario retinẽ. & cõmuni applicañ. teneatur, & debeat, singulis duobus mẽsibus, de prædictis generalem inquisitionem facere, & in actis redigere, cum examinationes saltem decem testium sibi de dignorum pro qualibet inquisitione: & talis constitutio sit immutabilis: iure, uel ordine in contrarium, non obstante.

De pœna facientis aliquod opprobrium, uel turpe contrà figuram D.N. Iesu Christi, uel Sanctorum, & Sanctarum eius. Rub. XXVI.

STATUIMUS insuper & ordinam us, q. si quis tantę temeritatis, ac prauitatis existerit, q. contrà figuram, siue imaginem D. N. Iesu Christi, aut B. Virg. Mariæ, aut Sanctorum, & Sanctarum Dei aliquod opprobrium, uel turpe fecerit, dolosè, scienter, & data opera, manu, uel pede, luto, lapide, ligno, fuste, ferro, uel alia quauis materia: incurrat pœnam uiginticinq; ducatorum auri de facto, sinè aliqua diminutione pro quolibet, & uice qualibet soluendorum, & nostro communi applicandorum. Quam pœnam si non soluerit, infrà decem dies, à die præcepti sibi facti, & termini assignati ad soluendum̃ tute ferreis, & confuetis instrumentis, fel. elauibus, ore perstricto, ligetur ad cathen. & ibi stet, & detineatur per unum diem, postea; nihilominùs ponatur in carceribus, & ex indè non extrahatur, donec effectualiter non soluerit dictam pœnam.

De pœna iurantis corpus, sanguinem, uiscera, aut alia membra Dei, & Sanctorum, & Sanctarum eius. Rub. XXVII.

IVrans Dei, Iesu, Christi, aut Virg. Mariæ corpus, sanguinẽ, uiscera, uel similia membra, de qua similitudine stetur arbitrio D. Potestatis, seu Vicarii, puniatur de facto, p quo libet, & uice qualibet in sol. xx. den. sinè aliqua diminutione. Aliorũ uerò Sanctorũ, & Sanctarũ Dei prædicta membra, uel aliquod prædictorũ iurãs, & similia, p quolibet, & uice qualibet simili modo, & arbitrio, in x. sol. den. de facto puniatur. Blasfemãs autẽ, aut adiurans toco, uel ferió, per pudenda Iesu, Dei, Christi, Virg. Mariæ, uel aliorũ Sanctorũ, & Sanctarũ Dei, aut turpẽ, & inhonestã nominationẽ faciens, quæ etiã de ipsorũ hominũ corporibus, non sinẽ pudore, uel rubore, aut non honestas, & graues personas efferuntur, de quoq; qualitate, & similitudine, ac interpretatione liberè stetur arbitrio D. Potestatis, seu Vicarii, p quolibet, & qualibet uice de facto, sinẽ diminutione aliqua puniatur in x. libris den. Quã pœnã nõ soluerint infrà terciã diẽ, ex quo præcepti fuerit libi de soluendo dicto termino elapso, puniatur in duplo, sinẽ diminutione, & beneficio aliquo, & insuper in carceribus retineatur per x. dies. Declaramus etiã, q. in omnibus, & singulis casibus supradictis positis, & debeat procedi ad accusationem, denunciationem, & relationem cuiuscunq; personę bonæ famæ, cum iuramento tamen, & uno teste idoneo, & etiã ex mero officio: cuius denunciatoris, uel accusatoris nomen subsilẽatur, ut superiùs dictum est.

De pœna deierantis, ad delationem alicuius officialis. Rub. XXVIII.

STatuimus etiã, q. quicunq; ad delationẽ alicuius officialis, qui ei, p inuestigãda uerita de alicuius rei iudicialiter, uel extraiudicialiter iuramẽtũ deferret, deieraueritq; puniatur de facto, sinẽ aliqua diminutione, & omni solẽnitate iuris omissa, in sol. centũ den. statuto aliquo in contrarũ loquẽte, non obstãt. Per hoc tamen nõ derogetur statuto posito in ciuilibus causis, de iuramentis: nec alicui statuto, in quo expressa mentio fieret de periurio.

De pœna offendentium DD. Consalonerium, & Priores. Rub. XXIX.

INsuper statuimus, q. nemo audeat, uel præsumat offendere uerbo, uel facto DD. Consalonerij, & Priores, uel ipsorũ aliquẽ, durante officio, sub pœna quadruplũ eius, in quod aliàs puniri deberet delinquens. Si uerò aliquis offenderit prædictos, uel ipsorum aliquẽ, finito officio, infrà decem dies, uel quandocunq; ex causa originem trahente ex gestis in officio prædicto, pœna duplicabitur.

De pœna nõ obedientis officiali nostri cõis, & qualiter mulctari possit. Rub. XXX.

INsuper statuimus, q. D. Potestas, seu Vicarius cõtrà nõ obedientẽ suo mãdato, p suo officio exercẽdo, possit imponere pœnã p quolibet, & qualibet uice, usq; in centũ mets, nõ tarius uerò usq; ad xl. sol. & in extraordinariis casibus, & causis, in quibus spetialis mẽta, & pœna per nra statuta cauta nõ esset: saluis tamẽ casibus, in quibus p formã spetialis statuti, uel ordinis foret procedẽdũ in pœnis delictorũ, & similibus. Volumus tamẽ, q. dicti officiales, uel aliquis eorũ dictas pœnas huius ordinis cõtrà eandẽ personã, & eadẽ die nõ possint super eodẽ facto, nisi semel tantùm imponere: maiores autẽ pœnas, uel plures imponere nõ possint, nec debeãt. Quas quidẽ pœnas imponere possint, & debeant ex iustis, & euidentibus causis, & casibus. Quę mulctę omnes, & singulæ de facto exigi possint, & etiam minui, seu detrahi, prout impontentibus uidebitur, & placebit.

De pœna illius, qui audebit corrumpere officiales. Rub. XXXI.

CVM periculosum sit officiales corrũpere: ideò statuimus, q. si quis corruperit, seu corrũpere attẽtauerit D. Potestatẽ, seu eius officiales, uel familiares, aut aliquẽ ipsorũ, uel aliquẽ aliũ officialẽ nostri cõis, dãdo, uel promittẽdo eis aliquã pecuniã, uel rẽ aliã, seu

aliquid sibi facere, eâm corrúpent, ꝙ corruptus, & tám etiã corrúpere attentás, ꝙ attẽctus ipso facto in xxv. lib. dẽñ. puniatur, & maiori pœna, fm qualitatẽ personárũ, & negotii, ad prouidentiã, & arbitriũ cócilii de credẽtia. Sed si ille, qui corrupere aliquẽ ex prædictis, no tam facer, & manifestauerit dictam corrupteląm syndicatoribus dicti officialis, tempore sy ndicatus ipsius, dictus corrumpens nullam pœnã substineat, pro sua notificatione tantummodo. Sed si D. Potestas, officialis, Vicarius, & familiares tali corruptelæ tentatus, seu corruptus, illum statim manifestauerit, eum seuientia DD. Prioribus, uel concilio efficiatur impunis de prædictis.

Rub. XXXII.

De pena opponentium, uel impedientium officiales, uel bayulos in executionibus, & aliis officiis exercendis.

STrictè inhibemus, nẽ aliqua pśona oppositionẽ, seu impedimentũ aliquod, re, uel uerbis facere, aut quouis modo opponere per se, uel aliũ presumat, contra aliquẽ officialẽ, uel bayulũ, nuncũ, seu executorẽ curię, uel cóis S. Iusti, in eorũ executionibus, seu officiis exercendis, ex quacunq; iurisdictione, uel cómissione facta, uel facienda in ciuilibus, etiã malibus, mixtis, ordinariis, uel extraordinariis causis, uel negotiis. Secùs faciẽs, uel attẽtãs contra officialẽ, folis uerbis impedẽdo in centũ sol. dẽñ. puniatur. Factis uerò impedimẽtis absq; armis personali offensione, in xxv. lib. dẽñ. puniatur: cũ armis uerò, uel alia offensiõe ne in lib. quinquaginta dẽñ. puniatur. Et eidem pœnis puniatur impedẽs, uel se opponẽs contrà aliquẽ bayulũ in præsentia officialis officialis. In absentia uerò alicuius officialis impediens, uel se opponens contrà bayulũ sine armis, & alia offensione, in xx. sol. in singulis casibus punitur. Si uerò cũ armis, uel alia offensione, fm formã alioru ordinũ de eo loquentiũ pœnæ subiaceat, & nihilominus is ultrà impedimentũ, aliquod delictũ, per impedimentũ uerbo, uel facto cómissum fuerit, de ipso etiã puniatur: & si officialis, uel familia offenderet talem reũ non permitteretẽ de duci, uel opponentẽ dicto, uel facto, sine sanguine, & membri debilitatione, tempore syndicatus, nõ teneatur ad pœnã, & omni casu illud, quod soluere tenebatur, reus ipse impediens, tàm nostro cõi, ꝙ priuate personæ soluere cõpellatur, nec propterea reus innocens à sua obligatione liberatus intelligatur. Quia uerò secundùm excessus, pœnæ maiores, aut minores imponẽde sunt, ad dimus, ut talis impedimenta, siue oppositiones cómittens, posit mitiùs uel seuerius plecti, cui dictum est, pro arbitrio, & cõsideratione D. Potestatis, siue DD. Priorum, sei maioris partis corum, personarum, negotiorum, & delicti qualitate perpensa.

Rub. XXXIII.

De pœna dicentis uerba iniuriosa.

SI Qua persona contrà aliquẽ præfentẽ, uel absentẽ dixerit, uel protulerit uerba iniuriosa, iudelicet q. ẽũ appellauerit proditorẽ, grassatorẽ, furẽ, latronẽ, lenonẽ, meretricẽ, falsatiũ, & his similia uerba iniuriosa obiciat, de quorũ similitudine stetur arbitrio, & cõsideratione D. Potestatis, uel eius Vicarii: pro qualibet dictorũ uerborũ, & pro qualibet delinquente, & pro qualibet uice in centũ sol. dẽñ. condemnetur. Si uerò alia uerba leuioris iniuriæ, uel minatoria obtiecerit, uidelicet mentiris, tu es bellua, tu es filius meretricis, tu es asinus, sei asini fœcus, & his similia, de quorum similitudine stetur arbitrio, & declaratiõ D. Potestatis, uel eius Vicarii condemnetur pro qualibet uerbo, & pro qualibet delinquente, & qualibet uice in solidis uiginti dẽñ. & omnes dictæ condemnationes fiant sine diminutione aliqua, & sine aliqua diminutione exigantur, & soluantur.

Rub. XXXIIII.

De pœna ferentis uerba improperatoria.

IMproperatoria uerba, contrà aliquã præsentem, uel absentẽ personam, bonæ conditionis, & fæmæ proferens, de aliquo malo gesto, illato, uel passo per ipsam personã, contrà quam dicta uel oblata extiterint, uel eius attinentẽ, siue coniunctũ hominem, siue infamã uerit, uel ad infamiã protulerit de aliqua turpi, uel uereçũda operatione, uel de aliqua executione

cutione personaliter facta, seu uerò de aliqua condemnatione per aliquẽ officialem, & his similia, de quoꝝ omnũ similitudine, & qualitate semper stetur arbitrio, & declaratiõi D. Potestatis, uel sui Vicarii tũc semper talis delinquẽs in quolibet cremitũ prædictorũ condemnetur in duplo pœnæ prædictarũ, fm uarietatem, & distinctiõnẽ superiùs declaratas. Si uerò prædicta, uel aliquod prædictorũ dicta fuerint in publica platea, uel in palatio, aut in porticu aliquo cõis, uel in aliquo loco, ubi D. Potestas, uel eius Vicarius, uel aliquis officialis D. Potestatis præsens esset, p aliquo suo officio exercendo, tunc talis delinquẽs, in quolibet dictorũ crimiñ, fm distinctiõnẽ superiùs traditã, in dictis pœnis condemnetur.

Rub. XXXV.

De pœna imponentis turpem cantilenam.

INsuper statuimus, q. quicunq; cõtrà aliquã personã aliquã turpẽ, uel uereçũdã cantilenã personaliter, uel in personaliter fecerit, dixerit, uel cãauerit ita q. possit uerisimiliter adiniriũ uocari in x. lib. dẽñ. p quolibet, & qualibet uice, siné diminutione puniatur, & de tali uerisimilitudine stetur arbitrio D. Potestatis, seu Vicarii, si aliter probari nõ possit.

Rub. XXXVI.

De pœna facientis rumorem.

QVicunq; aliqua uerba contumeliosa, scandalosa, uel suspecta, alta uoce clamãdo, & cũ impetu, & ruina dixerit, inhonestè uociferãdo, ad arma, ad arma, accurrite, uel p pule, populę, uel ad mortẽ, ad mortẽ, uel similia uerba cũ clamore, undè resultaret tumultus, uel gẽtis accursus, siue iusta, legitima, & rationabili causa in continẽti cõdemnetur p quolibet, & uice qualibet in lib. quinquaginta dẽñ. nostro cõi applicañ, & hoc, nisi rumor, uel tumultus prædictus rẽderet cõtrà pacificũ statũ S. Iusti: quo casu panitur, ut supra, de pœna offendentiũ DD. Consalonerii, & Priores. Sed si prædicta, uel aliquod prædictorũ cõmissa fuerint de nocte, tũc ratione noctis, taliter delinquẽti duplicetur pœna p dicta.

Rub. XXXVII.

De pœna seminantium zizannias, siue discordias.

AVtor, siue seminator zizaniarũ, siue discordiarũ, seu scandalorũ suscitator, uel dicens, cui referens aliqua uerba, per que pacifico statui populi possit scandalũ aliquod exoriri, seu inter personas ipsas aliquod odiũ, uel discordia, p pœna xxxx. lib. dẽñ. p quolibet, & qualibet uice puniatur. Dicẽs, uel referẽs alicui aliqua uerba scandalosa, odiũ, uel discordiã parientia, uel allatura, tanq; ab alio dicta, si probare ea non possit, eadem pœna puniatur. Si uerò posset ea probare, pœna x. lib. dẽñ. puniatur: cùm melius sit tacere, q; male loqui.

Rub. XXXVIII.

Quòd nullus accedat ad domũ alicuius, si esset rumor in ista Terra.

QVod nullus accedat ad domũ alicuius, si esset rumor in ista Terra. R. XXXVIII.

ITem statuimus q. nullus, tẽpore quo fuerit aliquis rumor in nostra Terra, audeat, uel præsumat accedere ad domũ alicuius specialis personæ, cũ armis, uel sine armis, de die, uel de nocte, nec se dare in aliquã partẽ, sub pœna xxv. lib. dẽñ. p quolibet contrafaciente, & qualibet uice. Et D. Potestas possit, & debeat contrà tales delinquentes in prædictis, & quolibet prædictorũ procedere per inquisitionẽ, denunciationẽ, uel accusationẽ, & à quolibet contrafaciente in prædictis, uel aliquo prædictorũ, dictas pœnas exigere. Et si esset negligens, teneatur de suo salario qualibet uice soluere xxv. libras dẽñ. Et de ipsis rum muniis teneatur de salario dicti D. Potestatis dictas quantitates pro communi seruare, in utilitatem cõis: & dictæ pœnæ soluantur, & exigantur de facto, sine aliqua diminutione.

Rub. XXXIX.

Qualiter accurratur ad rumorem.

QVOTIENS rumor aliquis insurgeret, uel suscitaretur causa alicuius maleficii, uel delicti, aut in quo aliquod maleficium foret commissum, seu cõmitteretur: tunc omnes, & singuli astantes, & circunstantes, & uicini, & proximi, qui uerisimiliter talem rumorem sentire, scire, uel audire potuerint, teneantur, & debeant ad ipsum rumorem accurrere, sine armis ferreis, seu ferratis, & quemlibet malefactorem, cuius maleficio, uel delicto

dictus rumor resultauerit, uel in ipso rumore deliquerit (iuxta suum posse) capere, detinere, & in uim D. Potestatis, & Curiæ ducere. ac confugnare. Et contrafaciens uice qualibet in triginta quinq; libris denariorum condemnetur, causa sedandi tumultus.

De impunitate occurrentium ad rumorem. Rub. XL.

ITEM statuimus, & ordinamus, q; si quis accurrerit ad rumorē, causa sedandi tumultus, uel aliquid dixerit, fecerit, uel commiserit contrà ipsos tumultuantes, uel ipsorū attentatur dunta xat animo rixas diuidendi, querendi, & pacificandi, bona fide, & bono zelo: de quo stetur arbitrio Rectoris, unà cum DD. Prioribus, qui pro tempore fuerint.

De percussoribus, uel reprehensoribus puerorum. Rub. XLI.

NE Quis benefaciendo, detrimentum aliquod patiatur: statuimus, & ordinamus, q; castigans, uel reprehendens, uerbo, uel facto pueros, uel puellas minores quatuorde cim annis, moderatè tamen, & discretè ad pœnam aliquam non teneatur, nisi animo uicio scendi, uel iniuriandi, dictum, uel factum esse probaretur; de quo stetur arbitrio, & declarationi DD. Potestatis, & Priorum, qui pro tempore fuerint.

Quòd autor rixæ puniatur in duplum. Rub. XLII.

CVM dato uno inconuenienti, plura inconuenientia subsequantur statuimus, & ordinamus q; inceptores rixarum, tumultuum, iniuriarum, & delictorum, pœna dupli puniatur. Et intelligatur autor, qui primò occasionem præstiterit, uel offendens re, uel uerbo, quò ad delictum primo loco commissum; sed quò ad delicta subsequentia, uel illa intelligatur inceptor, qui post iniuriam, uerbo latam, facto ipse percusserit, uel deliquerit.

De pœna ferentium arma. Rub. XLIII.

NVLLVS terrigena, uel forēsis arma ferrea, uel aliter malitiosa, offensibilia, uel de fensibilia, per uias, stratas, plateas, uel intrà ianuas, seu portas Terræ S. Iusti, publicè, uel occultè audeat, possit, & debeat portare, uel deferre in manu, ad latus, uel super humera, aut aliquo modo in aliquo dictorum locorum tenere, uel portare. Contrafaciens autem: si offensibilia, in solidis centum denariorum: si defensibilia, in solidis quadraginta pro quolibet, & uice qualibet, & pro quolibet genere armorū puniatur: & hoc, si terrigena, uel habitator S. Iusti prædictis, uel alicui prædictorum contrafecerit. Si uerò forensis talia cōmiserit pro quolibet, & uice qualibet puniatur in duplo dictarum pœnarum, & pro ipsarum distinctione. Sed si aliquis suspectæ uitæ, uel malæ cōditionis, & famæ, terrigena, uel habitator, siue forensis prædictis, uel aliquod prædictorum commiserit puniatur, in quolibet casu, in duplo pœnarum supradictarum, iuxtà distinctionem, & qualitatem armorum, & personarum. Et exactio dictarum pœnarum contrà forenses, & suspectas personas, fiat de facto, & sine aliquo processu, & solennitate iuris. Et prædicta locum non habeant, nec intelligantur in hominibus de Sancto Iusto foras euntibus, uel de foris redeūtibus, equitans, uel pedester: nec etiam in forensibus simili modo euntibus: nec etiam locum habeant in armis, quæ portantur per aliquem ex aliqua uera, & euidenti causa, cum licentia, & auctoritate D. Potestatis, & capellæ generalis nostri communis: in quibus casibus impunè arma portentur. Et in prædictis, & quolibet prædictorum possit, & debeat procedi ex mero officio, & ad querelam cuiuscunq; & fletur, & credatur relationi officialis, & familiaris D. Potestatis, qui taliter portantē inuenerit, & se inuenisse retulerit. Et ad cautelam, oculmus, & firmamus, q. D. Potestas, seu Vicarius teneatur, & debeat, uinculo iuramenti, & pœna xxv. lib. den. de suo salario saltēm in hebdomade qualibet semel mitte re aliquem ex officialibus, & familiis modo consueto ad inuestigandum per Terrā arma portātes, & alia illicita cōmittentes, contrà formam nostrorum statutorum, & ordinum.

De pœna

De pœna insultum facientis, uel aggredientis. Rub. XLIIII.

INSVLTVM, impetum, uel aggressum faciens, mouendo de loco, ad locum, & exeundo personaliter contrà aliquem, cum aliquo genere armorū, in locis illis, in quibus pœne duplicandæ ueniunt, per formam alicuius nostri ordinis, pro quolibet insultante, & qualibet uice in xy. lib. den. debeat cōdemnari. Sine armis uero insultās in dictis sim plicibus locis, uel aliquo eorū in dimidia dictæ pœnæ puniatur pro quolibet, & qualibet uice, saluo nihilominus in quolibet dictorum casium, omni diminutione, aut augumēto faciendo, ratione temporis, aut loci, uel alia quauis causa, necnon salua omni diminutione faciendi propter beneficia, uel ex quauis occasione, uel causa, secundùm formam aliorum statutorum, & ordinum præfentium uoluminis. A prædictis autem pœnis intelligatur excepti us insultus, & impetus, in quo, seu post quem immediatè per eandē, & contra eandē personam aliqua percussio, uel minę, uel armis, uel manu uacua factæ fuerint, uel secutæ: quo casu de ipsa percussione, uel minis puniatur, secundùm formam infrascripti statuti, & ordinis, & insultus talis cōmissus sic, intelligatur esse confessus, nec ex eo alia pœna resultet.

De pœna arma extrahentis, & percutientis, uel offendentis aliquam personam cum armis ferreis, & de cicatrice. Rub. XLV.

SI Quis in locis simplicibus, uidelicèt in illis, in quibus pœnæ non duplicantur, aliqua arma ferrea portauerit: & cum ipsis malo modo adminauerit: pro qualibet adminatione cōdemnetur in libris quindecim denariorum: & si non adminauerit, sed tantùm extraxerit, uel nuda tenuerit, seu habuerit: in libris septem cum dimidia, cōdemnetur. Si uerò in locis illis, in quibus uenit pœna duplicanda, prædicta, uel prædictorum aliqua committa fuerint: tunc in singulis offensionum casibus, duplicentur, & augumententur pœnæ, secundùm formam ordinum de hoc loquentium, iuxta personarum, loci, & temporis qualitatem. Sed si cum dictis, uel talibus armis, uultum, gulam, collum, uel aliquam capitis partem percusserit alicuius personæ, cum sanguinis effusione: in centum libris denariorum puniatur, & condemnetur, & si finè sanguinis effusione: in quinquaginta libris denariorum condemnetur. Sed si in alia parte corporis, & cum sanguinis effusione: condemnetur in quinquaginta lib. denariorū: & si finè sanguinis effusione: in uiginti quinq; li bris denariorum puniatur, nisi ex tali percusione, membri amputatio, debilitatio, uel amissio sequeretur, uel fieret, uel cicatrix foret perpetuò remansura. Eo tractura cranei, uel alia enormis percusio: quo casu in centum, & quinquaginta libris den. percutiens condemne tur: saluis semper aliis augumentationibus penarū faciendis in singulis casibus huius ordinis, ratione temporis, uel loci, aut etiam personarum, uel alia quauis causa, secundùm formam aliorum nostrorū statutorum. Et prædicta omnia locum habeāt, & intelligantur in cerdonibus, laniis, carpētariis, & aliis artificibus, qui cum aliquo ferro incidenti, uel acuto, uel noxio adminauerint, uel percusserint, ut pro quolibet iplorum, & qualibet uice puniātur dictis modis. Et (ad dubietatem tollēdam in singulis casibus supradictis) intelligantur, & reputetur arma ferrea, etiam quælibet materia de ferro, seu ferrata, & ad nocendum apta, quamuis formam armorum non habeant, seu non uiderntur habere, uel arma esse.

De pœna percutientis cum armis non ferreis, & admirantis cum eis. Rub. XLVI.

CVM baculo, mazza de ligno, lapide, osse, uel alia simili graui materia, cum qua nocere posset, præter ferratā, aliquem offendens, seu percutiens, uel adminans contrà aliquem: puniatur, & condemnetur, in quolibet casuum prædictorum, non totaliter, sed pro medietate, respectiuè, & secundùm qualitatem delictorum, & locorum in proximo præcedenti ordine comprehēsorum, iuxtà uarietatem, & distinctionem prædictorum casuum, uidelicèt, p quolibet, & qualibet uice in medietate pœnę, in simili casu, & in dicto proximo ordine appositæ: non obstante differentia, & uarietate armorū: ita q; in singulis huiusmo

di fiat condemnatio per similem, secundùm ordinem, & censuram dicti præcedentis ordinis, videlicet in medietate tantùm cuiuslibet pœnæ, in quolibet casu, & non ultrà: præterq; in amissione, debilitatione, uel amputatione alicuius membri, uel fractura cranei, ossis, & cicatrice: quibus exceptis casibus, pœnę diminuti non uideant, neq; debeant, imò per omnia, & integraliter fiat punitio, ad similitudinem dicti proximi præcedentis statuti, & ordinis: armorum differentia non attẽta. Subiungimus etiam, ut pro leui, & facili materia lapilli, uel baculi, ex qua leuis offensio sequeretur, & pro alia quauis similiter leui materia, & offensione: posit mitigatio, seu etiam remissio pœnæ fieri, ad prouidẽtiam, discretionem, & arbitriũ DD. Potestatis, Consalonerii, & Priorum, pro modo culpæ, & qualitate offensionis, & personarum. Et (ad omnem dubitationem tollendam) statuimus, q; in quolibet casu in præsenti, & superiori statuto existenti, cõdemnetur quis, pro pluribus uulneribus, si plura uulnera fecerit, etiam uno, & eodem ictu, & cum uno genere armorum plura uulnera secuta fuerint.

De pœna percutientis, uel offendentis cum manu uacua, uel calce. Rub. XLVII.

SI Quis cũ manu uacua, uel pede, uel simili membro, utpurà mordendo, seu unguibus offendendo, aliquem percusserit in uultu, capite, gula, collo, uel ab inde suprà: si cũ sanguinis effusione, in xxv. lib. den. condemnetur: & si sine sanguinis effusione, in xii. lib. den. cum dimidia, puniatur. Si uerò in aliqua parte corporis, cum sanguinis effusione in xx. lib. si sine sanguinis effusione in x. lib. condemnetur. Si uerò admiuaerit quis contrà ali quẽ pede, uel manu, nec ex ea administratione percusserit, pro sola administratione in lib. tribus den. puniatur. Si autem ex quacunq; dictarum percussionum, facta manu uacua, pileum, birretum, pallium, uel aliquam, cuiuscũq; tegminis, partem, talis percussi de capite leuauerit, sed cadere fecerit, p tali denudatione, ultra pœnã percussionis, in xl. sol. den. puniatur.

De pœna proicientis lapidem, uel alia arma, lutum, sputum, uel aliud turpe, uel iniuriosum, seu balistam tẽdentis contrà aliquã personã. Rub. XLVIII.

PROICIENS lapidem, uel aliquod genus armorum non ferreorũ, si ũ ferro mutatorũ, cum quo nocere posset: si quidem ex tali proiectione non percusserit in x. lib. den. condemnetur. Q uicunq; autem lutum, uel sputum, uel aliquod aliud noxium, turpe, uel iniuriosum proiecerit contrà aliquem, in centum. sol. den. condemnetur. Proiectus autem lanceam, sparam, cultellum, pugionem, manuarii, roncam, falcem, hipennem, aut uetero aliquam pilam de metallo, uel ferro, uel alium grauem, & uerisimiliter periculosam materiam contrà aliquem personam, licèt non percusserit, tunc pro sola proiectione talium armorum, quolibet casu, in xx. lib. den. condemnetur. Et similiter puniatur, si quis dolosè balistam, siue sagittam tendiderit contrà aliquam personam, licèt non percusserit.

De pœna ponentis, uel obstaculum facientis contrà ambulantem, stantem, uel sedentem. Rub. XLIX.

CONTRA' ambulantem in aliquo loco publico, uel cõsueto, aut in loco proprio ipsius ambulantis, uel sibi communi cum aliquo, quicunq; aliquod impedimentum tulerit, siue expressa licentia, & uoluntate ipsius ambulantis, uel licentia, siue mandato alicuius officialis, iurisdictionem habentis, & ex eo quidem impedimento talis ambulãs impedueturt, uel aliqua iniuria afficeretur, punitur, & condemnetur talis delinquens, & talis impeditus ceciderit in terram, uel aliquam ex lenem proinde habuerit, siue fractura ossis, & siue sanguinis effusione, in centum sol. den. & si cum sanguinis effusione, in decẽ lib. den. Si uerò cum fractura ossis in quinquaginta lib. den. Si uerò non ceciderit, nec aliter lesus fuerit in xl. sol. puniatur. Et si contrà aliquem stantem, uel sedentem huiusmodi impedimentũ factũ fuerit: fiat punitio, & condemnatio, in quolibet casu, & qualibet uice ad similitudinẽ prædictorũ, sm qualitatẽ casus, & conditionis, cui magis assimulatur, & conuenit.

De pœna

De pœna tollentis, uel laniantis pannos de capite, uel dorso alicuius. Rub. L.

TOLLENS, uel cadere faciens pannum, uel aliam similem rem de capite, uel dorso alicuius, siue percussione, aut impulsu, pro quolibet, & uice qualiber in centum solidis denariorum puniatur: & si fecisset, uel laniauerit aliquid in dorso, uel de dorso alterius, in decem libris denariorum puniatur, & nihilominùs ad emendationem damni, pro quolibet, & qualibet uice condemnetur.

De pœna impellentis, uel trahentis aliquem iniuriosè, capientis per personam, & cadere facientis. Rub. LI.

IMPELLENS, uel trahens aliquem iniuriosè per personã, aut per pannos, uel per zonam capiens: si talis captus, tractus, uel impulsus cecderit in terram, cum sanguinis effusione, in triginta libris denariorum: si sine sanguinis effusione, in medietate dictæ pœnę puniatur. & si intertenerit fractura ossis, in quinquaginta libris denariorum condemnetur. Si uerò tantùm traxerit, impulserit, & cadere non fecerit, in decem libris denariorũ condemnetur, & puniatur.

De tractu capillorum. Rub. LII.

CAPIENS aliquem per capillos, & cadere faciens, sine sanguinis effusione, in lib. xxx. den. condemnetur. Capiens, uel trahens aliquẽ per capillos, & cadere nõ faciens, in decem libris denariorum pro qualibet uice condemnetur.

De pluribus iniuriis, & offensionibus simul factis. Rub. LIII.

QUICUNQUE uerbis, uel factis simul, uel etiam una, & eadem uice, sine tempore interuallo, uel separatim plures offensiones fecerit, dixerit, uel cõmiserit contrà aliquem, uel aliquos, quecunq; & qualecunq; fuerint offensiones, in quibus, uel aliqua earum non fuerit alia specialis determinatio per formam nostrorum statutorum: decerni mus, nõ pro uno facto solo, uel dicto, nec pro una sola offensione, sed pro diuersis potius, uel pluribus offensionibus, & iniuriis reputari, & haberi, ita q; earũ nulla, pretextu coniunctionis, uel unitatis remanere ualeat impunita, sed potius punitio semper fiat de qualibet offensione, & iniuria, quæ separatim commissa, uenire potuerit, punienda. Saluo, & excepto, q. insultus, uel impetus, cum quo, in quo, & ex quo aliqua percussio, uel admonitio facta, uel secuta fuerit in eadem rixa, contrà eadem personam, & personam, semper confundatur, & etiam administratio, per quam, in qua, uel cum qua percussio aliqua facta fuerit, similiter confundatur: ita q; de tali insultu, & admonatione nulla condemnatio, uel executio fiat, & de sola portatione, extractione, uel proiectione, si ea facta, uel secuta fuerit in eadẽ rixa, & inter easdem personas, aliqua admiratio, uel percussio nemo puniatur, fed de admonatione, uel percussione, quæ indè secuta fuerit: ita q. semper talis portatio, & extractio, & proiectio confundantur, & sit impunis: admiratio uero, siue percussio indè secuta puniatur.

De pœna præstantis auxilium, consilium, uel fauorem malefactoribus. Rub. LIIII.

PRAESTANS alicui malefactori auxilium, consilium, uel fauorem: si in associãdo, uel personaliter assistendo ad ipsum malefic ium, puniatur eadem pœna, qua ipse malefactor: si aliter, puniatur in dimidia pœnę, qua puniẽdus esset principalis delinquens.

De pœna damnum passum iniuriantis. Rub. LV.

NULLUS damnum inferens alicui, præsumat, nec audeat damnificatum, uel aliquem de ipsius damnificati familia reperientem damnum dantem, uel de recenti data tum: aliquo modo iniuriare, uel offendere. Qui uerò cõtrafecerit, puniatur in duplo eius, quo alius per formam nostrorum statutorum puniendus ueniret.

De pœna seducentis, uel deuiantis alterius coniunctum. Rub. LVI.

NE scandala, & inimicitiæ in nostra Terra ualeant exoriri statuimus, & ordinamus, q̃ nullus nostrer terrigena, habitator, uel forensis, audeat, uel præsumat aliquem iuuenẽ minoris ætatis xxv. annorum, de nostra Terra, uel habitatorem subducere, & suis suasionibus deuiare aliquem filium, uel fratrem carnalem, consobrinum, nepotem, uel aliquem cõsanguineum alicuius nostri terrigenæ, seu habitatoris, & eius districtus, causa ducendi ipsum, uel ipsos ad stipẽdium, uel ad aliquem alium locũ, sub quocunq; colore, sine expressa licentia, & uolũtate parẽtis, matris, fratris, patrui, uel alicuius, qui curã gereret, & haberet de prædictis subductis, uel subducendis, & eorum factis, & negociis. Et qui contrafecerit, in uigintiquinq; libris den. pro quolibet subductente, & uice qualibet puniatur.

De pœna fraudantium pecunias, res, & bona Communis. Rub. LVII.

STATVIMVS, & ordinamus, q̃ si quis ad aliquod officium nostri Cõmunis deputatus, in aliquo defraudauerit nostrum Cõmune, in pecunia, rebus, seu quibuscunq; ipsius bonis in quadruplo eius, quod fraudauerit, de facto, & sine remissione aliqua puniatur: & quod fraudauerit nihilominus reddere, & restituere, etiam de facto, compellatur.

De pœna cancellantis, uel radentis statutum, & condemnationem. Rub. LVIII.

SI Quis ausus fuerit aliquam condemnationem, seu statutum aliquod, sententiã publicatam, processum, uel constitutionem statutorum, fraudolenter cancellare, seu radere, aut cartam aliquam condemnationum, uel statutorum auferre, seu subtrahere, aut excerpere: primò omnia damna, in quibus uniuersitas læderetur, reficiat, & pœnam centum lib. den. communi soluat, pro tanto facinore perpetrato. Quod locũ habere uolumus in notario reformationũ, ad ipsum officium deputato, necnõ in notario renouatorũ, & correptorũ, & constitutionũ, & catastorũ Cõis, ad ipsum officiũ per generale conciliũ deputato.

De pœna illius, qui cartam falsam fecerit, & illius, qui introduxerit. Rub. LIX.

FALSITATIS crimen detestabile punientes: si quidem falsum instrumentũ fuerit, seu factũ in iudicio introductæ, in iudicio ut primùm inducũ fuerit, pœnã centũ lib. den. p quolibet ipsorũ, in singulis actibus supradictis, & uice qualibet incurrere ordinamus. Quã pœnã nõ soluerit infrà xx. dies, à die condemnationis, ad exemplũ aliorũ, in cõis palatio depingatur, tanq̃ falsarius, ac etiã ipse notarius in perpetuũ officio notariatus priuetur, & nihilominùs in carcere duro teneatur, donec dictã pœnã soluerit cũ effectu.

De pœna illius, qui falsum testimonium tulerit, & eius, qui introduxerit. Rub. LX.

TESTIMONIVM falsum quicunq; in iudicio ciuili, uel criminali, seu coràm quocunq; arbitre tulerit: in centum lib. den. puniatur, & dictũ eius non ualeat. Quã pœnam si non soluerit infrà xv. dies, à die condemnationis, ad exemplum aliorũ, in cõmunis palatio depingatur, tanq̃ falsarius. & nihilominùs teneatur incluſus, donec dictã pœnã soluerit cũ effectu. Qui uerò testimonio falso usus fuerit sciẽter, pro quolibet teste, eandẽ pœnam incurrat, de quo D. Potestas, & eius Vicarius teneãtur inquirere ex suo officio, & repertos culpabiles punire. In quibus criminibus omnibus, & singulis, beneficium pacis, à statuto traditum, locum uolumus non habere.

De pœna opponentis falsitatem, & non probantis. Rub. LXI.

OPPONENS autem, uel quomodocunq; obiciens contrà aliquem notariũ, instrumentum publicum, siue testem, agendo, uel excipiendo aliquã falsitatem: si tam ipsa falsitate obiecta, siue criminaliter, siue ciuiliter: si quidem interrogatus per iudicẽ tribus diuersis uicibus, diuerſ, in tali obiectione, seu oppositione falsitatis insistere uelle, & fuerit

fuerit sanę mentis, & maior xiiii. annis, & cogatur ad dandũ idoneam, & cautam fideiussionem de persistendo, & probando talem falsitatem. Quo facto, si probauerit ipsam falsitatem fecẽdo uel talis falsarius, sinè aliquo processu, ad pœnã superiùs expressam, in duobus proximè præcedentibus capitibus, huic statutis: & talis obsiciens absoluatur. Si uerò falsitatem huiusmodi non probauerit, uel desiterit, tunc ipse talis obsiciens, & opponens soluat communi de facto, & sine diminutione aliqua, pro pœna tantę temeritatis, quinquaginta libras den. de suo proprio, & tantundem aduerſę parti, pro se, & notario, qui confecerit instrumentum, pro compensatione talis infamiæ: & nihilominùs fortè debiti, in instrumento contentam, cum expensis, quas omnes, & singulas obligationes, pœnas, iacturas, & promissiones talis opponẽs, seu obsiciens, eo ipso, q̃ desiterit, uel in probatione defecerit, ipso facto incurrisse intelligatur, ita q̃ uigore huius ordinis, ràm ipse opponens, q̃ fideiussores eius realiter, & personaliter possint, & debeant cogi ad obseruationem, & satisfactionem omnium præd ictorum.

De incendiariis. Rub. LXII.

IGNEM immittens, uel ponens in aliqua domo, causa ipsam comburẽdi, & ipsam in totum, uel in partem combusserit: pro sola immissione, uel appositione facta, in centũ ducatis cõdemnetur: extrà Terrã uerò in eius territorio, & districtu prædicta, uel aliquod prædictorum cõmittens: in quolibet casu, secundùm distinctionem dictã, puniatur in dicta dictarum pœnarũ. Et prædicta locum habeant etiã in caſsina, quę foret ultrà decem pedes longa, & ampla ultrà sex, uidelicẽt ad pedem cõmunis, & ab interiori parte caſsinæ prædictæ. Paleare autẽ alienum ſeni, uel palęę, uel minorem caſsinam comburens, in xxv. lib. den. condemnetur. A tentãs uerò tantùm, & non comburens, in lib. xii. cum dimidia condemnetur. A certuum uerò lignorũ, uel cannarum, uel stipulæ alienũ comburens, in x. lib. den. condemnetur, & attentans tantùm, & non perficiens, in centũ sol. den. condemnetur. Vineam aliquã, seu uites, à decem uitibus supra, uel etiam segetem, siue blaũ compositum comburens, in quinquaginta lib. den. condemnetur: nõ compositum uerò blaũ, uel aliquã arborem fructiferam domesticam comburens, in x. lib. den. condemnetur: attentans uerò, & non perficiens, in centũ sol. puniatur. Putiores uerò de uineis uites comburens, puniatur arbitrio D. Potestatis, uel Iudicis, iuxtà qualitatẽ facti, & personæ. Prægulam de uitibus comburens, uel attentans comburere, in utroq; casu similiter puniatur. Aliquod animal comburens, pro quolibet, & qualibet uice in xxv. lib. den. cõdemnetur; attentans autem, in dimidia parte dictæ pœnæ. Pannum alienũ lanæ, uel lini, uel mistum comburens, in x. lib. den. condemnetur: attentans tantùm, in centũ sol. puniatur. Syluã, uel plures syluestres arbores comburens, in x. lib. den. condemnetur; unam uerò arborẽ syluestrem comburens, in xl. sol. cõdemnetur: attentans tantùm, in quolibet proximorum dictorum casuũ, pro dimidio puniatur. Sepem comburens alienã, uel attentans, modis, & pœnis similibus puniatur. Alias uerò res non specificatas comburens, uel comburere attentans, similibus pœnis puniatur. Et in quolibet casu prædictorũ, semper cõdemnetur delinquens ad emendationẽ damni, in eodem processu, unà cum pœna: non obstante, q̃ non esset petita, uidelicẽt in iudicio deducta. Propteres huiusmodi periculosis casibus obuiantes, ita quantum possumus, ſirmamus, q̃ nemo de cætero in territorio S. Iusti, in aliquo loco alieno, uel proprio audeat, uel præsumat ignem mittere, uel proiicere, causa cõburendi aliquam sepem, rubetum, nemus, ſpinetũ, uel aliquã stipulam, uel sodum, uel aliã similem rem, quocunq; tempore, à kal. Iunii, usq; ad festum assumptionis B. Mariæ de mẽse Augusti inclusiuè, etiã cum licentia alicuius Iudicis, uel Rectoris. Contrafacientes in prędictis, pro quolibet, & uice qualibet in xxv. lib. den. puniatur, & ad damni emendationem condemnetur, & licentia in cõtrarium data dicto tempore, non obstante. Alias uerò temporibus, antè, & post dictum terminum, quilibet possit, & ualeat in possessione, & te pro pria, uel conducta licitè immittere ignem, dum tamẽ nihilominùs præcaueat, nè rei alienę

damnificet. Addimus, (ad cautelã) q. semper dũm accideret, ignẽ immitti in aliquã rem, uel possessionem territorii Terræ S. Iusti, statim uisa fumo, uel flãma, uicini circumstantes ipsius possessionis, eo tempore in ea contrata morantes teneantur, & debeant, siue mora, ad ipsum ignem accurrere, ad sciendũ, & inuestigandũ personã, quæ poluerit, & immittit talem ignẽ, & ipsum exclamare alta uoce: & nihilominus D. Potestati, siue Vicario referre, necnõ DD. Conſalonetio, & Prioribus, uel maiori parti ipſorũ, nõ secreté, sed publicé, & dictam personam de prædictis culpabilem, uel suspectã, quæ nõ possideret immobilia in Terra, uel districtu S. Iusti, capere, & personaliter præstentare officialibus nostræ Terræ.

De furtis retium auium, & piſcium, uel impedimentis eorum. Rub. LXIII.

SI Quis aliquod rete alicui, non eſt uoluntate dñi, uel poſſeſſoris, furatus fuerit, uel acceperit ſolum cõtum x. libras den. Et qui in alterius rete piſcina, uel laqueo per alium poſitis, aucuparuit, piſcauerit, uel piſces, aut aues inde traxerit, non cum uoluntate principali, qui ipſa poſuerit, exuerit, uel parauerit in x. lib. den. pro quolibet, & uice qualibet puniatur. Et qui in prædictis, uel aliquo prædictorũ animalia fugauerit in xl. ſol. uice qualibet puniatur: & in quolibet dictorũ caſuũ, ſemper damnum patienti emendetur. Saluo, ſi liceat cõ in ſua poſſeſsione, uel cõductã ab ipſo, accipere de aubus, uel piſcibus, aut uentione, quas, uel quam in prædictis inuenerit, ſiue pena retibus, cui poſuerit, ſemper ſaluis.

De pœna furtum committentis. Rub. LXIIII.

FRaudulosas alienarum terum contractiones corripere, & caſtigare uolentes, ſtatuimus, q. ſi quis furatus fuerit, ſiue lubr ixerit, ſiue inuenerit, & infrà bidũm non publicauerit D. Poteſtati, uel eius Vicario, & offcialibus, rem aliquã ualẽtem l. ſ. decem, & ab inde infrà in decem lib. den. cõmuni applicãdo, condemnetur. Si uerò ab inde ſuprà, uſq; ad uiginti ſol. in xx. lib. den. condemnetur. Si uerò à xx. ſol. ſuprà, uſq; ad xl. ſol. in xl. lib. den. condemnetur. Ab inde uerò ſuprà, quantacunq; fuerit quantitas, ſi ũ ualor cuiuſcunq; rei acceptæ, ſed furatæ, pro quolibet ſolido condemnetur in una libra den. adeò q. ſi res acceptæ furtiuè uel furtis centum ſol. in centum lib. den. condemnetur. Si uerò ducentos uel ſ. in ducentis lib. den. condemnetur, & ſic de ſingulis, & ſimilibus. & nihilominus teneatur reſtituere furatũ, ſubtractũm, uel inuentũ, ſi extat, & ualoré ipſius cõſo rei, adeè q. habeat rem in duplo, uidelicet rem, & ualoré. Si uerò non extaret res cõdem netur in duplũ ualoris ipſius rei & dñi iurã mento, ſi cõmertium de ea non habuerit, ſtetur, & credatur, & ſm extimationem, quã fecerit ipſe, uel is, ad quẽ pertinet reſtitutio rei, ſtat, & ſien debeat condemnatio, & illa habeatur p uera, & legitima extimatione, niſi forſan poſſet ſcire ſi rer probari. Si uerò quis intrauerit, ſeu fregerit domũ, ſiue calsinã alicuius, in eo, aliquid rõ ſubtraxerit, ſeu per eũ non ſteterit, p ſola fractione, & actu, quẽ fecerit animo damnificandi: ſi domũ in x. lib. d. ſi calsinã in x. lib. cõi applicãdo, condemnetur, & domino domus in xl. ſol. & domino calsinæ in xx. ſol. teneatur. Et ad intrauerit animo damnificandi, ſtetur iudicio D. Poteſtatis, & DD. Priorum: perſonarũ qualitate, & modis perpenſis. Et ſi condemnatus de prædictis, uel aliquo prædictorum, non ſoluerit infrà decẽ dies, à die late ſententiæ & pœna non excederet xxxxx. lib. den. nudus per Terrã, retrò ligatis manibus, fuſtigetur. Si uerò pœna excederet xxxxx. lib. & non ſoluerit, ut ſuprà tunc tribus ſigillis notetur, uidelicet uno in fronte, & alijs duobus in maxillis, circa uultũ, uidelicet in qualibet ſpatarum, uno. Si uerò quis gallinam acceperit alterius, absq; eo, q. domum, ſiue calsinam intrauerit pro qualibet gallina in ſolidis quadraginta denariorum communi applicandis condemnetur, & damnũ emendet in duplo, & hoc, ſi uſq; ad duas gallinas: à duabus uerò gallinis ſuprà in centum ſolidis denariorum condemnetur, & damnũ patienti cui ſuprà in duplo emendare teneatur. Si uerò quis per uim, & uiolentiam aliquid aliud extorſerit, quam in quolibet prædictorum caſuum condemnetur in duplo, & illud duplum habeatur pro ſimplo, & cum condition ibus ſuprà inſertis.

De furto,

De furto, & diſsipatione apium, & examium. Rub. LXV.

APES, uel eorum fructum, aut examen, ſeu uas, in quo apes eſſent, quilquis furatus fuerit, eo rupuerit, uel deuaſtauerit, preter uoluntatẽ dñi, uel poſſeſſoris in xxv. libris den. condemnetur uice qualibet, & p quolibet uaſe, uel examine, & nihilominus teneatur ad emendationem damni in duplũ. & quilibet poſsit denunciare, & accuſare, & eius dicto ſtetur, cũ dicto unius teſtis bonæ famæ, & teneatur ſecretus, & habeat quartã partẽ pœnę.

De pœna noxium facientis in columbaria. Rub. LXVI.

FRangens, uel intrans columbariũ ſine licentia dñi, & indè extrahens columbos, quæ libet uice in quinquaginta lib. den. condemnetur. Intrans uerò columbariũ alienũ dicto modo uel ascendens in eam, uel ascendere aliquo modo attentans, in xxv. lib. den. p quolibet, & uice qualibet condemnetur: dũ tamen ſi acceperit columbos, cõdemnetur de acceptione tantùm, & non de aliis: & ſi aſcenderit, & columbos non acceperit, condemnetur de aſcenſu tantùm, uel introitu, & non de aliis præcipitatis. Prociens uerò in columbariam, uel in eam aliquã ſimilem noxiã extrorsus: ſi ſine dñi uoluntate, in x. lib. den. cõdemnetur. Capiens uerò alienę columbariæ columbũ, uel domeſticũ alibi, in columbaria, cũ rete, laqueo, cibariis, ſeu quauis alia uenatione, in xx. ſol. den. pro quolibet columbo, & uice qualibet puniatur, & huiuſmodi rei accuſatio, denunciatio, ſeu relatio à qualibet perſona recipiatur, & quolibet modo procedi poſsit, & ſtetur, & credatur ſacramento referentis bonæ conditionis, & famæ, cũ dicto unius teſtis ſimilis famæ, & conditionis, & in quolibet dictorũ caſuum damnum paſſum emendetur in duplum per delinquentem.

De pœna exercentis equos, mulos, aſinos, boues, & ſimilia, absq; dominorum licentia. Rub. LXVII.

EQuos, equas, mulos, mulas, aſinos aſinas, boues, ſeu uacchas alienos, ſiue alienas, & ſimilia, permanentes in Terra S. Iuſti, uel eius territorio, nullus audeat capere, docere, equitare, uel quomodolibet exercere, ſine licẽtia dominorum, uel eorum, ad quos ſpectat. Et contrafaciens pœna centum ſol. den. & refectione damnorum, & interesſe pro quolibet animali, & uice qualibet puniatur.

De interfectoribus animalium. Rub. LXVIII.

ALienum equm, equam, bouem, uaccã, aſinum, aſinã, mulum, mulã, & animalium ſimilia occidens cum armis, uel ſine in xxv. lib. den. condemnetur, & ad damni emendationem in duplũ: nec de carceribus dimittatur, niſi prius facta, tãm pœnæ, & emendationis ſolutione. Item occidens peculem, capra porcum, gallinã, & his ſimilia, ualoris duoru ſol. uel ab inde ſuprà, uel canẽ, auferes, anates, uel columbũ domeſticũ, & ſimilia in xl. ſol. den. pro quolibet animali, & quolibet delinquente, & uice qualibet puniatur. Percutiens autẽ, & non occidens aliquod prædictorũ in quolibet dictorũ caſuum puniatur in dimidia, ad ſimilitudinẽ præmiſſorũ caſuum, & ſemper damnũ patienti emendetur in duplũ. Excipimus tantùm à prædictis canẽ ferocẽ, qui occiſus, uel percuſſus fuerit in ferocitate, & in reſiſtẽtia perſecutionis, quã fecerit contrà aliquã perſonã, uel cõtrà aliquod animal domeſticũ: ita q. nõ puniatur aliqua pena percutiens, uel occidẽs canẽ prædictũ, ſeu rabidũ.

De pœna ui extorquentis aliquã cartam, uel rem de manibus alicuius. Rub. LXIX.

DE manu alicuius, præter uoluntatẽ ipſius retinentis, extorquens, ſeu eripiens aliquã cartã, librũ, aut inſtrumentũ, in quinquaginta lib. den. condemnetur, & ſi dilacerauerit in cẽtum lib. & ſi aliquã aliam rem de manibus alterius dicto modo quis eripuerit, ualoris xii. den. uel ab inde ſuprà in x. lib. den. condemnetur. Minoris uerò ualoris rem de manu alterius eripiens, in quadraginta ſolidis denariorum condemnetur.

De pœna turbantis, uel occupantis possessionem. Rub. LXIX.

POssessionem ab aliquo possessore pacifice derelam per annũ continuũ, uel ultrà, siue mobilis, siue immobilis res uiolenter, uel clàm auferens, seu occupàs, auctoritate uide licèt sua, & sine iudicis licẽtia, uel decreto: si quidẽ res esset ualoris xx. sol. uel minùs in eã tum sol. den. cõi applicanda. cõdemnetur: & nihilominùs rem ealiter occupatã summatim, & de facto per iudicẽ restituere occupator compellatur, absq; omni sportularũ solutione, & à iure suo ipso facto talis occupans cecidisse intelligatur. Si uero maioris summæ, & ualoris fuerit, uel esset res, cuius possessio dicto modo ablata, uel occupata extiterit? tunc ta lis spoliator, eodẽ modo, suo iure priuetur, & intelligatur spoliatus, & possessionẽ restituat prædicto primo possessori & nihilominùs in lib. quinquaginta den. condemnetur. Si uerò aliquis possessionem aliquã turbauerit, uel inquietauerit, & eam turbatus, inquietatus, uel molestatus, dicto tempore continuato, uel ultrà, pacificè possederit? tũc si talis res posſ sessa ellet ualoris xl. sol. uel infrà? talis turbator, inquietator, uel molestator cõdemnetur in centũ sol. den. & si maioris summę res fuerit? in xxv. lib. den. & semper ab omni iure, & cõmodo talis res, & possessionis ipso facto, & iure cadat, & intelligatur cecidisse, nec super ea aliquarentis audiatur, in aliquo casuũ prædictorũ. De quibus omnibus, & singulis, tàm in principalibus, q; in pœnarũ casibus uolumus, q; de plano, & sinẽ omni strepitu, & figura iudicij procedatur, & processus inde factus ualeat, & teneat pleno iure, nõ obstante iuris, uel iudicij substantia, uel solennitate omissa; & in quolibet prædictorũ casuũ, si talis occupans, siue aliquod ius in re, uel in possessione, tempore occupationis, uel turbationis non haberet? condemnetur pars, contrà quam talis occupatio facta fuerit, pro suo interesse, in xxv. lib. den. summariè, & de facto, ac iuris. & iudicij solennitate omissa: dum tamen de ueritate prædictorum legitimè constet. Et D. Potestas hęc omnia obseruare teneatur, uinculo iuramenti, & pœna quinquaginta librarum den. de suo salario detrahendarum.

De pœna inuadentis, seu apprehendentis tenutam à Rectore datam. Rub. LXX.

TEnutam à Rectore, seu eius officiali, uel eorũ nuncio, ex mandato officialis, dará alicui, si quis absque iuris, seu retinuerit, seu auferret, uel inquietaret eũ, cui data est? libras decem den. cõmuni soluat. pro bando, & deiectus, uel inquietatus in sua tenuta, omni exceptione remota, reponatur, seu restituatur, & defendatur, & manuteneatur.

De pœna occupantis, uel impedientis uiam communis, uel uicinalem, soleam, spatium, uel aliam rem communis. Rub. LXXI.

VIam aliquam publicã, uel plateã, siue spatium, uel ripam, aut soleã cõmunis ędificã do occupans, uel apprehendens, ruinans, uel sodiens, aut laborans: pro quolibet, & uice qualibet in x. lib. den. condemnetur. Si uerò non occupauerit, nec apprehenderit, sed tantùm impedierit, & tenuerit per unũ diẽ, propter quod minùs comode talis res uti eundo uel stando possit in xl. sol. den. puniatur: saluo, q; si in præparatoriis alicuius ędificationis, liteẽ faciendæ, aliquis in tali loco aliqua ligna, cenũ, lapides, & his similia posuerit, & tenuerit per dictũ tempus, uel etiã ultrà, cũ scientia, uel licentia nostri Reginimis: hoc casu ad pœnã minimè tenetur. Conuicinalem uerò uiam quicunq; occupauerit, uel apprehenderit? in centũ sol. den. puniatur: si uerò tantùm impedierit, uel impedimentũ ibi tenuerit, contrà uoluntatẽ uicinorũ, seu uicini, ad quos spectat, per dictũ tempus unius diei? in xx. sol. den. condemnetur. Si quis autẽ de aliquo muro, ponte, porta, cæcllo, aut qualibet alia re conuicini aliquod lignũ, lapidẽ, uel terrã, & simile, sine licentia DD. Cõsulorũ, & Priorũ, uel maioris partis ipsorũ, scripta per Cãcellarium, acceperit, uel asportauerit, sed transmutauerit, aut fregerit, sei proiecerit? tunc pro quolibet, & uice qualibet in centũ sol. den. condemnetur. Occupans, uel apprehendens, seu impediens per dictum tempus aliquam uiam propriam inter interonium, seu aditum alicuius, absq; eius uoluntate in xl. sol. den. pro quo-

pro quolibet, & uice qualibet puniatur: & in quolibet casuũ prędictorũ, tàm occupãs, siuè apprehendens, q; impediẽs, uel impedimentũ apponens, ad liberã, & expeditã relaxationẽ rei occupatæ, uel impeditę, infrà tres dies, ex quo cõstiterit de prædictis, modis oibus cõpelatur. Accipęs uero de dictis rebus cõis de dictis locis: ad reponendũ, & reaptandũ ibidẽ de nouo in duplũ rei accepte, sei fractę cogatur de facto, & talè accusationẽ, denunciationẽ, seu etiã relationẽ esse uolumus populaẽ, ita q; ad pętitionẽ cuiuscunq; personæ posit, & debeat procedi super prædictis, & quolibet prædictorũ. iure contrario non obstante.

De termino moto, & quæstione confinij. Rub. LXXII.

TErminum in aliquo confinio inter cõuicinos appositũ, uel affixũ, quæcunq; persona maliuolè, uel fraudolenter amouerit, aut extraxerit, uel ubi affixus, uel appositus esse nõ consueuerit, malitiosè, uel fraudolẽter appouerit, uel affixerit in lib. xxx. den. cõi, que uolumus puniatur. Et intelligatur maliciosè, & fraudolẽter extractus, & etiã affixus, quãdo sine requisitione, & uolũtate aliorũs cõuicini, cuius interest, uel sine iudicis, siue assessoris eõ petentis licẽtia, auctoritate, & decreto, talis extractio, aut affixio, seu appositio facta fuerit: & in quolibet dictorũ casuũ terminus ad debitũ finẽ, & debitã formam reducatur, nè talis amotio, seu affixio alicui partiũ præiudicare possit in aliquo. Et quotiens aliquius termini, uel cõfinij quæstio, seu cõtentio inter aliquos cõuicinos uerteretur, uel esset: iudex, uel assessor, ad petitionẽ partis petẽtis cuiuslibet q; primùm nouerit, cogat utranq; partẽ ad eligendũ unũ uel duos hoies, p quolibet de magis idoneis, & antiquis, ad uidendũ, declarandũ, & ponendũ talẽ terminationẽ: & tales uicinos electos cõpellat ad uidendũ, diffiniendũ, & determinandũ prædicta: & quicquid per tales sic electos uicinos factũ, & dictũ fuerit in prædictis, & etiã per iudicẽ, uel assessorẽ dicto modo: ualeat, & teneat pleno iure: solennitate, uel forma omissa non obstante: dum tamen tales electi semper uruauerint, eorum corporali iuramento, talia facere, & expedire bona fide, & sinẽ fraude aliqua.

De pœna rem uendentis duobus. Rub. LXXIII.

STatuimus insuper, q; quicunq; in solidũ duobus, uel pluribus unã rem, uel plures uendiderit, seu aliquo modo alienauerit, non dicendo ultimo emptori, cui fit alienatio, de alienatione prima: tanq; fallarius puniatur, ac si fallum testimoniũ perhibuisset, & nihilominùs illa alienatio sit firma, & ille potior sit, qui primus rei alienare traditionem habuerit ueram, uel possessionem corporalem acquisierit uolũtate alienantis, non autem fictè, per præsumptionem iuris, scilicèt cõstituendo se suo nomine possidere, uel recipiendo precario, uel conductam, seu simili alio modo. Si autem uenditor post dictam primam uen ditionem fuerit in uera, & corporali possessione dictæ rei uenditæ, seu donatæ, per unum annum? uolumus dictam fallarii pœnam incurrere non debere.

Quòd nullus cõtendat, uel litiget de parte. Rub. LXXIIII.

ITem statuimus, q; nullus terrigena, uel habitator nostræ Terræ debeat cum aliquo litigare de parte aliqua, nec ipsam partem illicitè nominare. Et si contrafecerit? soluat pro qualibet uice soldos uiginti den. & credatur sacramento accusatoris, cum dicto unius testis: de quo bando mediętatem habeat accusator, & alteram nostrum commune.

De pœna facientis seditionem, uel suspectam societatem. Rub. LXXV.

SEditionem, societatẽ, cõiurationẽ, seu cõspirationẽ, ligam, uel conuenticula prohibi tã, uel suspectã, & nõ permissam per nra statuta, uel approbatã consuetudinẽ nr̃æ Terræ nemo facere, ordinare, uel attrẽare præsumat, in nra Terra, uel eius districtu, cõtrà quæ tũ, & bonũ statũ, uel propter quæ posset quietus, & pacificus status uerisimiliter perturbari, de qua uerisimilitudine Rectoris, & DD. Priorũ, siue maioris partis ipsorũ stetur arbitrio. Et capitaneus, caporalis, seu principalis, unus, uel plures, in publicatione omnũ suoq;

bonorũ cõi nostro applicañ. puniatur, & in palatio cõis, tanq; conspirator, & seditiosus de pugatur, & de dicta Terra, eiusq; districtu perpetuõ expellatur. Reliqui uerõ sequaces in ducentis libris den, pro quolibet puniantur. Si uerõ conspirationem, seditionem, societatem, & ligam huiõi contrã singularem personã, seu aliter fecerint principales in lib. ducẽtis den. p quolibet sequaces uero in libris quinquaginta den. p quolibet debeãt cõdemnari.

De pœna intrantium aliundẽ q̃ per portas. Rub. LXXVI.

ALiundẽ q̃ per portas, intrãtes, uarijs modis delinquere possũt. Rõpendo igitur murẽ, uel claustrã aliquod, quæcunq; perinna Terrã S. Iusti intrauerit, uel de ipsa exierit per talẽ fractura, ipso iure, & facto omnia sua bona amittat, & applicẽtur, imõ applicata esse intelligantur nõ cõi, & persona taliter delinquẽs, si haberi potest, acriter torqueatur, & in carceribus cõis detineatur per annũ. & demum publice relegetur, & a nra Terra, & districtu sit perpetuõ exul. Et simili modo puniatur, quisquis per talẽ fractura intrauerit; nõ obstãte, q. nõ interfuerit ad rumpendũ. A cẽdens, uel descẽdens per murũ Terræ, intrãdo, uel exeũdo ipsã Terrã, uel de ipsa Terra, in centũ lib. den. cõdemnetur, & nihilominus torqueatur arbitrio D. Potestatis. Super portã, uel fubter, uel per aliquã cloacã, aut aliam fractura intrãs, uel exiẽs in xxv. lib. den. puniatur, uel minori pena, arbitrio, & distinctione D. Potestatis, & DD. Consal. & Priorũ, cõsideratã qualitate delicti, loci, tẽporis, & psonæ.

De pœna receptantium exules, uel condemnatos. Rub. LXXVII.

EXulem, uel condemnatum nostri cõmunis, qui fideiusionem non præstiterit, sed eo tumax fuerit aliqua causa, receptans, uel ei præstans auxilium, cõsilium, uel fauorem, uel eum allocians, uel arma, uictum, aut rem aliam dans, uel porrigens. si quidem exbandituras erat, uel condemnatus pro delicto, uel quantitate, cuius pœna per formã nostri statuti, uel ordinis esse in decem libris den. uel ab inde supra. puniatur, & condemnetur in uigintiquinq; libris den. A t si condemnat, uel exulis prædicti pœna, uel cõdemnatio esset minor decem librarum den. tunc talem receptantem, uel aliud de prædictis cõmittens, uel faciens, in quindecim libris denariorum puniatur.

De pœna recipientis hominem malæ famæ. Rub. LXXVIII.

NVllus in aliquo hospitio nostræ Terræ, ultrà unam noctem hospitetur, teneat, uel recipiat aliquẽ hominem suspectæ uitæ, seu malæ conditionis, & famæ. Contrafaciens, si scienter, in uigintiquinq; libris den, uice qualibet condemnetur. Et intelligatur scire, si cõtrà talem receptantũ de suspitione uitæ, & malæ cõditionis, fuerit publica uox, & fama. Reseruato, & excepto, si talis hospes statim post aduentũ talis receptanti notũ fecerit D. Potestati, uel eius Vicario, & alicui ex DD. Consal. & Prioribus: quo casu nõ teneatur ad pœnã.

De pœna frangentis pacem, & per quos pax fieri possit. Rub. LXXIX.

PAX fieri possit, & ualeat à qualibet persona maiori xiiii. annis, & empliciter, si tutorẽ, uel parentẽ nõ haberet. Si uerõ tutorẽ, uel parentẽ haberet fiat, & ualeat de uoluntate, & cõsensu parentis, uel tutoris: & aliter nõ sufficiat parentis, uel tutoris ratificatio superuenies, etiã post facta. Ité fieri possit, & ualeat pax, etiã per procuratorẽ, uotrẽ, curatorẽ, & simile personã, & etiã in absentia principalis. Frãgens uero pacẽ aliquo dictorũ modorũ, uel aliàs legitimẽ factã, in lib. xxv. den. cõdemnetur. & hoc locũ habeat in eo, qui primo rupere, uel pacẽ frãgere incepit: & in aduersario, qui postq; libi rupta extiterit, aliqua offensionẽ, uel iniuriã sibi rũpenti intulerit, uel cõmiserit quo casu talis aduersarius nõ teneatur ad pẽnã pacis ruptæ, & talis rũpens perdat omne beneficiũ, quod ex dicta pace pueniret, & pro uenire posset: adeo q. si in aliqua cõdemnatione, uel solutione pẽnæ, aut executione fuerit aliqua detractio, seu diminutio facta, posit, & debeat super eã nihilominus cõtrà eũ fieri executio, de quatitate, uel re, in qua detractio, uel diminutio facta fuerit: non obstante, q. condemna-

condemnatio, uel pœnæ impositio aliter se habeat, uel fuerit sublata, aut cancellata. Excipimus si pœna prædicta hominem, uel personam minoris ætatis decem annorum. Sed si aliquis tutor, uel curator, tutoris, uel curatoris nomine ruperit, uel fregerit pacem à se factam, ad dictam pœnam teneri uolumus de propria bonis ipsius tutoris, uel curatoris.

Quòd nullus debeat destruere aliquam domũm. Rub. LXXX.

STatuimus, & firmiter ordinamus, q. nullus in ipsa Terra audeat, uel præsumat aliquo modo diruere, aut dirui facere aliquã domũ, nec ipsam uẽdere alicui, nec donare, causa diruẽdi ipsam, ad hoc, ut area remaneat, & destructa. Et qui cõtrafecerit incurrat pœnã x. lib. den. & dicta uẽditio, alienatio, uel donatio sit nulla, & domus in cõmuni reficiatur per dictũ uenditorẽ, infrà terminũ, arbitrio DD. Cõsalonerii, & Priorũ, sub dicta pœna. Et si in parte deuastauerit, p claustro in ea faciendo, & p cõmoditate reliquæ domus sad dictã pẽnam minimè teneatur, & quibet possit accutare, & denunciare illum, qui domum deuastauerit, & habeat medietatem bandi, & credatur suo iuramento, nisi à D. Potestate, Consalonerio, & Prioribus de prædictis licentiam habuerit in scriptis.

De pœna frangentis, seu non benè custodientis carceres. Rub. LXXXI.

REctor, seu D. Potestas teneatur carceratos, ex quacunq; causa in publicis carceribus detinere, & nõ alibi, sub pœna quinquaginta lib. den. p quolibet, & qualibet uice. & dictos carceratos diligenter custodire, & custodiri facere, in dictis carceribus, Et si carcerati, uel aliquis ipsorũ de ipsis carceribus aufugerint? Rector, siuè D. Potestas ad eã pẽnã, & in omni eo, quod teneretur aufugiẽs, tam nfo cõi, q. alteri, efficaciter teneatur, & ultrà, p quo libet aufugiẽte, & qualibet uice, pena quinquaginta lib. den. cõdemnetur. Possit autẽ idem Rector, seu D. Potestas, officiales, & famulos suos, quos uoluerit, ad dicti carceris custodiã, suo periculo deputare, & necessitate subgerẽte, etiã custodes alios de nra Terra, de qua necessitate stetur arbitrio ipsius D. Potestatis, & Priorũ, cũ quos. Priorũ assensu, custodes huõi extrã familiam, semp suo periculo habeat deputare: & nihilominus quilibet dictorũ custodũ, p quolibet aufugiẽte, & qualibet uice pena quinquagita lib. den. puniatur, & gravatus delicti, & facti qualitate perpẽsa arbitrio ipsius D. Potestatis, & Priorũ. Si uerõ aliquis nõ ceratus carceres fregerit, uel causã dederit, q. carceres frãgerentur, uel ad eos frãgendos dederit auxiliũ, consiliũ, uel fauorẽ? pena duorũ aurũ lib. den. fine remissione aliqua puniatur, & ad pẽnã, qua ausugiẽs tenebatur, nihilominus obligetur. Si uerõ aliquis carcerat cures carceres fregerit, seu ad illas frãgendas assensũ, auxiliũ consiliũ, uel fauorẽ præstiterit pena quinquagita lib. den. puniatur, & p cõsicto, & cõfesso habeatur de eo, propter quod in carceribus detinebatur, & semp sit in bãdo, uel in carceribus detineatur, si haberi possit, donec tãm nostro communi, q. alio, ad cuius petitionẽ in carceribus detinebatur: de pœnis prædictis, & debitis per eum, integrè satisfecerit. Attentantes autem, seu ad attentandum, assensum, consilium, auxilium, & fauorẽ præstantes ad frangendos carceres prædictos, & non cõplentes, & ad effectũ nõ perducentes, in medietate dictarũ pœnarũ condemnetur.

De pœna habentis uxorem, & concubinam, seu pellicem. Rub. LXXXII.

SI quis uxorẽ habẽs, & cõcubinã, aut pellicẽ aliquã uti, aut retinere audebit: pẽnã xxxxx. lib. den. p tã turpi cõsuetudine, incurrat, tã retinẽs, q retẽta. Et audẽs personis ipsis domũ locare, uel habitationẽ graris dare: simili pena puniatur & nihilominus D. Potestas ipsam talem pellicem de nostra Terra, & districtu expelli facere, & eam in perpetuo bãdo ponere teneatur, sub uinculo iuramenti, & pœna quinquaginta librarum den.

De pecuniali pœna adulterii, stupri, & lenocinii. Rub. LXXXIII.

CArnaliter cognoscens, de die, uel de nocte, nuptã, uirginem, uel uiduã, uel uitiarias, nõ malæ famę: pena centũ lib. den. sine remissione aliqua puniatur. Si uerõ aliquis per

tiolentiā aliquā nuptā, uirginē, uel uiduā cognoscat, uel cognoscere atteret, per actū proximū, uel domū propriā, uel conductā suę habitationis nupte, uiduę, uel uirginis huoi, ani mo eas carnaliter cognoscēdi, intrauerit, de die, uel de nocte: pena ducentarui lib, den. sine remissione aliqua puniatur, & nupta dote amittat, & uiro suo applicetur, etiā si cū ea fuerit reconciliatus. De delictis tamē prædictis procedi nō possit per inquisitionē, ed solūm per accusationē parentū, maritorū, fratrū carnalū, si eos, uel ipsorū aliquē habuerit, alās per confanguineos infrā secundū gradū, fm ius canonicū computā. Lenocinū autē faciens, uel cōmittens qualitercunq; & quomodocūq; pœna suprædicta puniatur, fm distin ctionem casuum præcedētium, uidelicet de lenocinio mulieris sponte, uel per uiolentiam cognitæ, uel attentatæ, ut supra.

Quod mulier nupta soluat bandum de dote sua. Rub. LXXXIIII.

ITem statuimus, & ordinamus, q. si aliqua mulier terrigena, absq; cōsensu uiri sui, habue rit cū aliquo, uel aliquibus uerba iniuriosa, aut facta, uerbis, uel factis, & ea occasione fue rit condemnata: teneatur soluere bandum communi applicādum de dote sua tantūm, & non de bonis sui uiri, sibi maritī. Et si bandum aliquod eius maritus pro uxore sua solue rit, ipsum bandum computetur in dote ipsius mulieris, in dotis repetitione.

De pœna euntium post tertium sonum campanæ. Rub. LXXXV.

DE nocte post tertiū sonū cāpanæ, usq; ad sonū cāpanæ Aue marie solitæ de mane, quicunq; per aliquē officialē, uel familiarē D. Potestatis fuerit inuētus, ire per Terrā, uel extrā domū morari, stare, uel esse, de quo liberē ſtetur, & extrahatur talis officia lis, seu familiaris: in v. sol. de facto, & finē omni processu puniatur. Proh. bemus tamen, ité aliqua mulier habitatrix nostræ Terræ, bone conditionis, & famæ, reperta extrā domū nō in aliquo alio delicto, uel alio crimine ducatur, uel duci possit ad palatiū per familiā, uel ol ficiales prædictos, si fideidignū de ea Terra dare uoluerit, fed potiùs per familiare dimitti, & relinqui, & ei mandari, q. sequenti mane reuertatur ad mandata Curię. A prædictis autē excipiuntur Medici, & qui pro medicamine occasione alcuius infirmi, euidenter istę, uel accedere: ité notarius, & teſtis, qui it, uel redit, p aliquo teſtamento, uel ultima uel itrate tūc faciēda, uel facta per aliquē grauiter infirmū: ité tonſor qui tonſuret, seu iret ad phlebotomandū, uel ad aliquod aliud neceſſariū exercendū, quod ad fui officiū ſpectat: necnon mareſcallus, siue faber, qui accederet causa medicamē exhibēdi alicui animali euidēter patienti: ité duobus ſociis cuiuſlibet prædictorū exceptis bonæ famæ: ité quicunq; bonę fa mæ iret, uel inuēnus eſſet causa euidētis neceſsitatis, cū igne, uel lumine: necnō excipimus inuentā perſonā intrā per tres domos à ſua excluſiōne: ité piſtrinos exercētes uel mercatores, qui ité, uel redit, p mensuratione, uel aſportatione oliuæ: ité qui iret causa oleo portādi, uel faciēdi, uenē, & nō ficte: necnō euntē, uel redeuntē ad aprādas, ac cibādas beſtias: ité quēlibet uenientē extrā Terrā, seu portā: ité quēlibet cuſtodē euntē, uel redeuntē causa cuſtodiæ Terræ, ſibi impoſitæ: ité qui ad aliquē rumorē manifeſtū, uel ignis incēdium, etiam ſi cum armis accesſerit: item in eundo, uel redeundo ad aliquē mortuum, uel alia ſi mili, & uera occasione licita: in quibus exceptis caſibus, & perſonis, dictæ pœnæ, uel aliæ rationes prohibitionis prædictę non uendicent ſibi locum. & Regimen teneatur, uinculo iuramenti, & pœna centum ſol. den. de ſuo ſalario retinēdi, quolibet ſero facere more ſolito, & conſueto pulſari campanam trium uicibus, & ſatis diſtantibus ad extenſum, & in tertio ſono dari faciat tres ictus, & demūm mittere officialem, & familiam ad ſpeculationem contrā prædictos, & alios delinquentes. Addimus autem huic ordini q. quicunq; repertus fuerit de nocte per officialem, & interrogatus de nomine, nomē mutauerit, uel negauerit, item ſi antè officialem aufugerit: puniatur, in quolibet dictorū caſuum, pro quolibet, & uice qualibet in quinquaginta ſol. den. de facto, & nihilominùs ſi haberi poterit, ducatur ad palatium, & diligenter examinetur: inſpecta qualitate, & conditione perſonę.

De pœna

De pœna ludentiū ad ludū taxillorū, aut aliū ludū prohibitum. Rub. LXXXVII.

AD ludum taxillorum, uel tabularū, ſeu alearum, uel aliquod ludū cartarum, uel ad ludum laterū, ſiue lapidum, uel ad aliud ludū, in quo denarii, uel alię res amittantur, uel uincerentur, præter inſtrictiposos, ludens, ſiue exercens, in quadraginta ſol. den., p quolibet, & uice qualibet puniatur. Tenens autē, & receptans, aut patiens, ſiue permittens ludi, uel ludū fieri, aut luſores ad ludendū ad aliquem de prædictis ludis, in domo, habitatione, uel poſſeſsione propria, uel conducta, qualibet uice in duplū dictę quantitatis, & pœnę puniatur: niſi talis, in cuius loco aliquis prædictorū, prædicta cōmitteretur, notificaretur poſtro D. Poteſtati, uel eius officialibus ſtatim, & ante q. ludus ſit expeditus: quo caſu ad pœnā aliquā non teneatur. Præſtans uerò ad aliquem ludū de prædictis aliquem denarū, uel monetā, aut pecuniā, uel aliquod pignus puniatur pro quolibet, & qualibet uice in xx. ſol. den. & ultrà, quod mutuauerit, ſiue præſtauerit, perdat omninò, nec deſuper audiatur in iure. Tabularium autē taxillos, cartas, lumen, uel aliquod ſimile prædictorū, mutuans, cō modans, uel etiā dās, per ſe, uel aliū: in xx. ſol. den. pro quolibet, & qualibet uice puniatur. Excipimus à prædictis tempus, quo per generale conſilii dictæ Terræ, generalis licentia ludendi concederetur. Item excipimus omninò ludū latrunculorū, ſiue ſcaccorū, qui ex ingenio, & non ex fortuna, depēdet: item ludū tabularū de totis tabulis: item ludū cionorū, & laterū, ſiue piaſtellarū: in quibus licitè ludi poſsit. præſtari, & receptari, nulla prædictarū pœnārū obſtāte: præterq; in taberna, uel in aliquo loco, ubi uinū uenderetur: in quo ſinè ali qua exceptione ex ſ dictis omnia, & ſingula, & quodlibet prædictoꝝ fieri, uel cōmitti prohi bemus expreſsè, ſub pœnis prædictis. Volumus etiā, q. de prædictis omnibus, & quolibet prædictoꝝ, quilibet poſsit accuſare, denūtiare, & referre, & (ſi uoluerit) nomē eius teneatur ſecretū, & habeat quartā partē pœnę, & ſi luſerit, taxillos, uel cartas præſtiterit, uel dixerit ludū, & ad ludum pertinens commiſerit: non teneatur de aliquam pœnam, ſi quidem retulerit, uel notificauerit antequ ad notitiam Regiminis aliter uenerit. Et de talibus delictis, & quolibet eorum ſtetur, & credatur iuramento, & dicto referentis cum uno teſte ſi de digno, & bonę famæ: & etiā liberè credatur, & ſtetur inuentioni, & relationi officialis, ſa telliti, ſiu sbirri, uel familiaris. Et omnes, & ſingulę dictę pœnę ſoluantur, & exigantur de facto, ſinè omni proceſſu, & ſolennitate iuris.

De petulantibus, ſiuè contumelias obiicientibus. Rub. LXXXVIII.

AD bonorū morū conſeruationē, ſtatuimus, q. nullus audeat, uel præſumat prorum pere, uel petulare, ſiuè turpiter obiicere aliquā petulantiā, ſiuè blaſsemiā, uidelicēt ſcabiem, tineā, lupā, rabiē, & ſimilia. Et ſi talis petulans, obiiciens, ſiuè blaſphemans maior eſſet ſeptē annorū, uſq; ad ætatē xiiii. puniatur de facto in quinq; ſol. ſinè aliqua diminutione: & ſi maior eſſet xiii. annorū, puniatur de facto in ſol. x. ſinè dimiñ. aliqua. Ab ætate uero vii. annorū infrà, ſtetur, & remittatur caſtigationi paterne, uel ſuorū affinitū, & conſanguineoꝝ.

De filio familias, & minore puniendo. Rub. LXXXIX.

QVelibet perſona ætatis xiiii. annoꝝ, uel ultrà, etiā ſi filia familias eſſet, tēpore cōdemnationis, ſuę pœnę, uel etiā fuerit tempore maleficii, uel delicti, ſiuè iudicii, uel proceſsus: poſsit, & debeat criminaliter puniri, & condemnari, & contrà huiōi perſonas procedi, tanq; ſi ſuiſſet, uel eſſet maioris ætatis, & extrà patriū poteſtatē & proceſſus, iudicium, condemnatio, & pœne impoſitio contrà eam, occaſione maleficii, uel delicti: ualeat, & teneat, auctoritate preſentis ſtatuti, pleno iure: ætate, uel patria poteſtate nō obſtāte, & nō obſtā te. q. patris, tutoris, uel curatoris auctoritas, uel conſenſus nō interueniens. Minoris autē ætatis xiiii. annorū perſona, criminaliter conuenti, uel condemnari nō poſsit, niſi D. Pote ſtati aliter uideatur: quo caſu ipſos minores xiiii. annis punire poſsit in minori pœna, uel arbitrio: & ſalua ſemper cauſa damni dati, ſecundùm formam ſtatuti de hoc ſequentis.

De impunitate offensionis, inter coniunctos, & cohabitantes. Rub. XC.

PATER, mater, filius, filia, frater, soror, socer, socrus, gener, nurus, cognatus, cognata, uir, uxor, & similes attinentes, de quocunq; gradu coniunguntatis, aut affinitatis connunciti, usq; in tertiū gradū inclusiue, sm ius canonicū computati, necnō cateri omnes, & singuli simul & in eadem habitatione, uel domo habuantes, tām dñi, siue patroni, q̄ familiares, siue famuli cuuiscūm sexus, de aliqua contumacia, offensione, uel iniuria per eos, & inter eos, uel aliquem ipsorū dicta, cōmissa, uel facta, uerbo, uel facto, aut uerō utreq; modo, preter membri amputationē, uel debilitationē, uel aliud enorme delictū, (quod enorme p DD. Potestat, & Priores, uel maiorē partē ipsorū declaretur) nullatenus teneatur, nec contrà eos, uel aliquē eorū procedi possit, uel pena imponi, nisi per directā occasionē principalis offensi, sed potiùs auctoritate D. Potestatis, & legis, absoluti sint, & esse intelligantur: exceptis filiis, uel filiabus, & deinceps, maximē iniciendo manus aduersùs parentes, uel aliquē eorū, qui ultrà penā, quæ imponeretur aliis extraneis p̄ simili delicto) debeant habere duos ictus funis, & ultrà etiā acriùs puniri, ad uoluntatē parentis: & exceptis famulis, & familiaribus utriusq; sexus, qui contrà dōm, siue patronū manus iniecerint, seu exercerint offendēdo, uel qui furtiuè subtraxerint, preter dñi uoluntatē, de bonis patronū, ultrà duodecim den, uel rem talis ualoris. In quibus exceptis casibus, & quolibet eorū procedi possit, & debeat, ficut contrà personas extraneas delinquentes, & ultrà ad uoluntatē parentis, & patronorū. Addimus etiā q. de delictis commissis per prædictos, in presenti statuto, & ordine descriptos, in platea cōis, uel coràm aliquo officiali, procedi possit, etiā per inquisitionē: saluo q. pater, mater, auus, & auia semper possint ubiq; locorū filios, & nepotes p libito uoluntatis eorū corrigere, & castigare, sine pena. Et idē dicimus in fratre, qui possit corrigere, & castigare fratrē eius carnalē minorē, & qui sit minor ætē xviii. annis. Idemq; dicimus in patrue, qui possint castigare eorū nepotes minores xviii. annis, ut supra: dummodo prædicta cōmittantur castigationis, & correctionis causa, & moderate, non tamen animo iniuriandi: cuius declarationem remittimus arbitrio D. Potestatis.

De rixa inter forensem, & terrigenam, seu habitatorem nostræ Terræ. Rub. XCI.

SI Forensis fuerit inceptor rixę contrà nostrū terrigenā, & habitatorē, dicto, uel facto: tunc semper noster terrigena sit impunis, & absoluatur de simili iniuria, a se illata contrà forensem, quæ per dictū inceptorem forensem cōmissa fuerit contrà eum, ita q. si forē sis uerbo iniuriā cōmiserit, & inceperit cōtrà terrigenā, & habitatorē, similiter uerbo, iceat terrigenæ, seu habitatori nostro referre iniuriā contrà forensem, & si facto similiter fiat, & obleruetur non obstante, q. in uerbo, uel facto fuerit diuersitas, dū tamen contrà inceptrē sine armis, nō fuerit relata offensio cū armis, & dū tamē talia cōmiserit terrigena in eadē rixa, & non in diuersa, forensis uerō semper puniatur in toto. Et intelligatur terrigena illa persona, quæ habitauerit in Terra, & districtu S. Iusti per se, uel sua familiā p duos annos cōtinuos, proximē tunc elapsos. Addimus etiā, q. si forensis, cōtrà quē procederetur, uel processum esset, contumax fuerit, & nō pareret foro, & mādato nostri Reginiris, nec fideiussionē daret, nec etiā condemnatus fuisset sui condemnationē, sine penā, ex cōmissis in rixa contrà nostrum terrigenam, instā quindecim dies, tunc noster terrigena soluere teneatur in executione suæ condemnationis quartam partem eius pœnæ, in qua eendem natus esset, uidelicet eius, quod restaret: admissis sibi beneficiis, si beneficia haberet.

De rixa inter religiosum, & terrigenam. Rub. XCII.

HAC præsenti lege statuimus, q. si quis noster terrigena, uel habitator habuerit rixā cū aliquo religioso, clerico, uel cōri familiari, & principiū rixæ emanauerit ab ipso religioso, clerico, uel familiari, uerbo, uel facto, & ipse noster terrigena, uel habitator iniuriatus illo instanti se æquali offensa uendicabit, in personam ipsius iniuriantis, & inceptoris, noster

noster terrigena, seu habitator puniatur tantūmodo in decem solidis, & non ultrà, nisi dictas clericus, uel religiosus, uel eorum familiaris, esset condigna pœna punitus.

De loquendo cum reuerentia, & submissa uoce coram officialibus. Rub. XCIII.

STatuimus etiā, q. quilibet de Terra S. Iusti, uel eius districtu, teneatur semper loqui cū reuerentia, & submissa uoce, modo debito, & quieto animo, quādo loquitur cū officialibus nostræ Terræ, uel coràm eis. Et qui contrafecerit, puniatur de facto per Rectorem in centum solidis den. uel minùs, arbitrio ipsius D. Potestatis: considerata qualitate personæ, delicti, temporis, loci ac officialis, cum quo, uel coràm quo loquitur.

De non faciendo soueam celatam, neq; immittendo tribulos. Rub. XCIIII.

NVllus audeat, uel præsumat facere, siue fodere souea celatā, nec tribulos immittere, ponere, siue prouicere, ne dū alibi, sed in possessione propria, uel cōducta, sine expressa licentia Rectoris, & publico bando præmisso. Et cōtrafaciens in uigintiquinq; lib. den. pro quolibet, & uice qualibet puniatur, & ad damni emendationem, indè secuti, teneatur.

De non cogendo, seu retinendo aliquem personaliter. Rub. XCV.

PErsonam bonę conditionis, & famę, contrà quā ex quacunq; causa procederetur: nullus nostrorū officialiū cogere possit personaliter, uel retinere coactā in palatio, uel alibi, nec etiā in carceribus ponere, uel tenere, si talis persona cogenda, uel carcerāda fuerit parata, & cū effectu obtulerit, dare idoneā, & cautā fideiussionē, & securitatē de stando iuri, & soluendo iudicatū, siue ciuiliter, siue criminaliter ageretur, siue mixtim: imò tali fideiussione præstita, uel dicto modo oblata, talis persona illicò dimittatur, & relaxetur. Contrafaciēs officialis pro quolibet, & uice qualibet perdat de suo salario uigintiquinq; libras den. & hoc locum non habeat. nec intelligatur in testibus, qui pro testimonio ferendo, secundùm formam nostri ordinis detinerentur, & nisi fuerit malefici tale, q. executionem per sonalem requireret de iure, seu ex forma nostrorum statutorum.

Quòd fideiussor repræsentans principalem in delictis, sit à sua fideiussione liberatus. Rub. XCVI.

FIdeiussor, qui in causa criminali Rectori, uel alicui officiali, pro cōi recipienti, p aliquo se obligauerit, quādocunq; ipsum principalē repræsentauerit coràm D. Potestate, seu eius Vicario, protestando, q. pro eo ulteriùs in obligatione fideiussoria state nolle uolumus, ut ab ipsa obligatione sit totaliter liberatus. principalem uerò repræsentatum D. Potestas, uel eius Vicarius cogat, detineriq; faciat, sub fida custodia, donec alios fideiussores idoneos dederit, uel aliter cauerit, sed pro ipso delicto effectualiter communi satisfecerit.

De quæstionibus, & tormentis. Rub. XCVII.

VT ueritas patere possit, & reatus punitio sequi debito cū moderamine ualeat: statuimus, q. Rector, seu D. Potestas in omnibus, & singulis maleficiis, delictis, uel excessibus, possit cū debito moderamine ad torturā deuenire, dūmodo crimen de maleficio, uel delicto, per unū testem fide dignū, uel legitima indicia, & occasione maleficii, uel delicti, de quo uenire imponenda pena deceb. ub. uel ab indè supra: dū tamen aliquē torquerī nō debeat, sine præsentia Cācellarii nri cōis, siue eius uice gerentis, uel (in sui absentia) sextē duorū ex DD. Prioribus, sub pena centum librarū den. pro quolibet, & uice qualibet auferēn.

Quòd bona delinquentium sint obligata Communi. Rub. XCVIII.

BOna malefactorū, & delinquentiū ex tempore delicti, uel maleficii cōmissi, ipso iure, & facto sint, & esse intelligantur efficaciter obligata nostro Cōi, ita q. nulla sequens obligatio, alienatio, uel hypothecatio, possit dicto nostro Cōi præiudicare in dictis bonis,

quantùm ad penas delinquentiũ, & quantitates earũ, in totũ, uel in parte, & actio maleficii puniendi sit, & reputetur nõ tantùm personalis, sed etiã realis, p modo impendẽdæ, & exigendæ quantitatis pœnæ: saluo, ubi mors reipublicæ factoris interueneret, ante iuxcusationẽ, seu contestationẽ super ipso maleficio, seu excessu: quo casu iura cõia obseruentur.

Quòd in casibus non determinatis per nostros ordines procedatur de similibus ad similia. Rub. XCIX.

CVM difficile, & fere impossibile sit, omnes casus spetialiter, & determinatè cõplecti, hoc decreto prouisum est, ut in omnibus, & singulis casibus, & causis, maximè criminalibus, non habentibus per aliquod præsentũ ordinũ, uel aliorũ nostri cõis aliquã spetialẽ, clarã, & expressam declarationẽ, aut pœnę impositionẽ, per quã ipse casus, & causa pro prię, & spetialiter decidi possit: tunc si quidẽ aliqua similitudo reperitur, uel apparet spetialiter, aut generaliter in aliquo eõ ordine, procedatur, & fiat secundùm ipsam similitudinem, cui potius conuenit, & conuenientiùs adaptatur, iuxtà prouidentiam, & arbitrium officialis. Deficiente uerò similitudine iuris scripti municipalis, recurratur ad antiquã, & probabilẽ consuetudinẽ in quo casu, uel similibus hactenus obseruatibus in tota Terra. Qua etiam deficiẽte, tunc terminetur, & fiat propriè, uel simili adæquatione, sm iura cõia.

Quomodo, & qualiter fiat abolitio in maleficiis. Rub. C.

STatuimus item, q. ab indè in posterum non posit per aliquem, suè aliquos, antè tem pus allegationum, petialiqua abolitio super accusis, uel denũciis, in scriptis per ipsum, uel ipsos, coràm Rectore factis, uel exhibitis, seu faciendis, uel exhibendis, in maleficiis, ex cessibus, uel delictis, aut uerbis iniuriosis, suè impreparatoriis, nisi exhibens, uel producẽs accusationem, suè denunciam huiusmodi, prius soluerit in cõmuni, pro huiusmodi abolitione, solidos duos den. per libram den. condemnationis, uersimiliter ex indè faciendę, si talis condemnatio fuerit à uiginti libris infrà. Si uerò fuerit ab inde suprà, soluat solidos tres den. per libram den. & aliter non ualeat, nec admittatur.

Si quis insultauerit aliquem in possessione sua, & ille, cuius esset possessio offenderet insultantem. Rub. CI.

STatuimus, & ordinamus, q. si quis insultũ fecerit, seu offenderet aliquem in domo, seu in possessione insultati propria, uel cõducta, & insultatus, seu offensus possidẽs, & morans in domo, seu possessione, offenderet insultantem, seu offendentem: ad bandum minimè teneatur, & R. rector non teneatur, nec debeat procedere contrà ipsum in aliquo, & talis insultans, seu offendens, ob suam audaciam puniatur in duplum pœnæ, quã puniẽdus fuisset, si alibi insultasset, & offendisset.

De infamante DD. Potestatem, Consalonerium, & Priores, & quæ sit bet alios officiales, uel ad aliquod officium deputatos per commune. Rub. CII.

VT nullus audeat quo quo modo DD. Potestatẽ, Consalonerũ, Priores, aut quæsi bet alios officiales, uel ad aliquod officium deputatos per nostrum commune, infamare de gestis in eorum officio, sed suam linguam compescat, statuimus, & ordinamus, q. nemini liceat DD. Potestatẽ, Consalonerũ, & Priores, aliosq; officiales, uel ad aliquod officium deputatos, sed ipsorum aliquẽ, de gestis in eorum officio, malignè loqui, uel diffamare, uel eis, seu cuilibet ipsorum iniurias inferre uerbis, præsentibus, uel absentibus, nec contrà eos, uel aliquẽ eorũ murmurare, uel minùs honestè loqui, & si quis, uel aliqua fuerit contrà temeritatis, & simplicitatis, q. prædictos, uel aliquem, seu aliquos prædictorum malitiosè infamauerit, uel aliquod prædictorum commiserit, & in eis, contrà eos, & de eorum officio ablocutus uel ablocuta fuerit de aliquo, ex quo posset oriri scandalum in nostra Terra, & turbari pacificus eius status puniatur, & cõdemnetur in pœna

quinquaginta

quinquaginta librarum denariorum, quam pœnam soluere teneatur sinè aliqua diminutione, & minus, arbitrio concilii credentiæ. Si quis uerò desinẽs, aut temerarię prædictos, uel aliquem prædictorum infamauerit, seu aliquod prædictorum commiserit, puniatur uice qualibet in x. lib. den. quam pœnã de facto, sinè aliqua diminutione soluere teneatur.

Quòd nomen cuiuscunq; accusatoris secreti non recipiatur D. Consalonerio, uel uni ex DD. Prioribus, cum iuramento. Rub. CIII.

AD obuiandum malitiis officialium, qui quandoq; auaritia ducti, ficte lucrari queũt partem accusatoris, cùm nullus accusator interuenerit: hac nostra sanctione decerni mus statuendo, q. uniquisq; ex forma aliquam nostrorum statutorum, D. Potestas, uel aliquis officialis ad tenendum nomen accusatoris secretũ cogatur: teneatur, & debeat notificare, & declarare nomen dicti accusatoris D. Consalonerio, aut uni ex DD. Prioribus, de quo magis confideret accusator, cum iuramento tamen prius præstando dicto D. Cõsalonerio, seu cuicunq; alii Priori notificaretur, de tenẽdo dictum accusatorem secretum. Quòd si D. Potestas, uel quilibet alius officialis hoc facere recusauerit, & neglexerit: nullam partem pœnæ accusator indè consequatur, sed tota pœna deueniat in communi.

De pœna ducentis equum, uel somarium ad aliũ locum, quem dixerit. Rub. CIIII.

ITEM ordinamus, q. si quis de nostra Terra locauerit equum, uel somarium, uel aliã bestiam, unam, uel plures ab aliqua persona, cuius ducẽdi ad aliquem locum, & ad aliũ duxerit locum, & ad illum, ad quem ducere dixerit: in uiginti solidis denariorum cõmuni applicandis condemnetur, & locatori dare debeat pensionem, uel uecturam duplicatam, infrà tertiam diem, à die reuersionis, sub antedicta pœna.

De pœna accipientis uxorem, uel uirum, sinè uoluntate patris. Rub. CV.

PRæsenti statuto decernimus, q. nulla persona de Terra S. Iusti, uel habitatrix ipsius audeat, uel præsumat accipere, seu capere aliquam mulierem in uxorem, seu hominem in maritum, nisi cũ consensu, & uoluntate expressa patris, si patrem habuerit: si autem patrem non habuerit: matris, fratris carnalis, patrui, aui, auiæ, uel alterius prædictorum consensum requirere teneatur, sub pœna centum librarum den. quoties fuerit cõtrafactum. Et si quis ad prædicta cõmittenda, & facienda præstiterit dominum proprię, uel cõductam, uel in domibus eius habitationis prædicta commissa fuerint, non obstante q. de prædictis ignorantiam prætendere poterit, sed etiam quomodolibet ad prædicta dederit, uel præstiterit auxilium, consilium, uel fauorem: in uiginti quinq; libris den. debeat condemnari, & pater, mater, auus, auia, frater, nepos, filius, uel alia persona quælibet, & quã tumcunq; de iure mulierem prædictam dotare debeat, uel debeatex contractu, uel uoluntate uoluntate, uel alia quælibet ratione: eidem mulieri minimè teneatur, nec alteri pro ea, ad solutionem, sed promissionem dotis prædictæ sed pendẽs dotem dare debentem, remaneat: omni petitione, promissione, obligatione, stipulatione, & iure reiectis. Et prædicta uendicent sibi locum in his personis, quæ in una domo, & una familia habitauerint cum personis superiùs nominatis.

De fideiussoribus dandis ab allegatis suspectis. Rub. CVI.

ITEM ordinamus, cad hoc, ut status cõmunis, & hominum nostræ Terræ non turbetur, & speriales personæ eiusdem in eorum personis, & bonis non patiantur aliquam læsionem, q. Rector teneatur, uinculo iuramenti, ad petitionem cuiuslibet, qui suspectũ allegaret aliquem, facere dari duos bonos, & idoneos fideiussores ab illo, qui suspectus allegaretur, ad minùs de libris ducentis den. pro quolibet, de non offendendo, uel offendi faciendo illum, qui eum suspectum in persona, eiusq; rebus allegaret. Quam quidem obligationem iudex, uel notarius communis recipiat, nomine cõmunis, & partis, ad cuius in

stantiam daretur,in hunc modum :tu talis promittis mihi uicario,uel notario dicti communis,stipulanti, & recipienti nomine, & uice talis, & communis S.Iusti, q. talem, qui te suspectū allegauit, non offendes,nec offendi facies in persona,uel rebus,toto tempore nostri Regiminis,& quindecim diebus post,sub pena, & ad poenam quatricentarum librarū den, qualibet uice,&c. & super recipiat idoneam, & sufficientem cautelam de iure uidetur, quā melius poterit,& post hæc recipiat fideiussores de faciendo,& curando se,q. præ dicta omnia,& singula promissa per electum suspectum obseruaburtur ad dictam poenam,&c.renunciationes,&c.& super his recipiat nomine, quo supra,probam, & iufficientem cautelam à dictis fideiussoribus principaliter,& in solidum,de iure melius ualituram,omni iure,& modo,quibus potest.Et q. suspitio prædicta probetur per duos testes de fama, & habeatur pro plena probatione.Quibus omnibus sic peractis,iudex uel Vicarius mādet principali,& fideiussoribus,q. prædicta obseruent,ad dictam poenā. Et si talis electus suspectus dictos fideiussores non dabit alleganti eum suspectum exbandutur, & reddatur non posit,nec in nostra Terra stare,quousq; eidabit fideiussores prædictos.

De poena accipientis calicem,uel crucem sub pignore. Rub. CVII.

ITEM ordinamus,q. nullus de nostra Terra, uel habitator ipsius recipiat sub pignore,uel alio colore crucem,calicem,pallium,uel aliquod aliud ornamentum alicui ecclesiæ ab aliquo cappellano , seu rectore alicuius dictarum Ecclesiarum , uel alia persona, sub pena ungintiquinq; lib. den.,p qualibet uice & Rector,qui p tempore fuerit in dicta Terra,faciat restituere dicta pignora cappellano,seu rectori dictæ Ecclesiæ,cuius pignora essent,& creditor amittat pignus, & pecunia quā ipse mutuauerit super ipso,seu credenti.

De poena illius,cuius occasione represaliæ concederentur. Rub. CVIII.

ITEM ordinamus,q. omnes,& singuli de nostra Terra, & habitantes in ea,mercimonia quomodocunq; exercentes.fic, & taliter debeant eorum negotia,& mercimonia cū forensibus gerere , & mercari , q. propter eorū negotia , seu facta , nulla represalia contrà nostrum commune dictis forensibus modo aliquo concedatur . Et si dictum cōmune, seu alia spetialis persona eusdem occasione damnū aliquod substinuerit,dictus negotiator,cuius de causa represaliæ alicui personæ concessæ essent,statim querela facta coram Rectore de prædictis,personaliter in palatio, seū carcere communis cōstringatur, & in de non discedat,seu extrahatur,nisi prius dicto communi,seu spetiali personæ,q. quæ damnum aliquod modo aliquo pateretur,fuerit de omni damno , & interesse integre iatisfactū, de quo damno sfletur, & credatur sacramento damnum passi, Et si haberi non potuerit,condemnetur in duplo quantitatis represaliæ reprehensæ, & perpetuo sit exbandutus de quo bando exire nō possit,nisi prius dicto cōmuni,& spetialibus personis, dicta de causa dam num aliquod patientibus,sarisfecit integrè,& cum effectu,& si haberi & capi poterit,de beat assignari,& dari illi,cui dictæ represaliæ essent concessæ,& in eius fortiā poni. Et præ dicta locum habere uolumus in præsenti tempore,ac futuro. Et si Rector negligens fuerit,prædictis substinentibus damnum,teneatur sibi de suo proprio refarcire,Et prædicta omnia,& singula uendicent sibi locum contrà quamlibet personam nostræ Terræ,que fecerit,ordinauerit,seū commiserit aliquod, propter quod contrà commune prædictum S. Iusti,quacunq; de causa, ad petitionem alicuius, concessæ fuerint represaliæ supradictæ.

Quomodo admittantur appellationes. Rub. CIX.

QUoniam (teste Horatio)improbi pœnarum formidine, peccare desinunt:& qui de licti pœnam non subeunt,audacius scelera committere audent: iccirco,ne commit tentes & perpetrantes malefitia, excessus,cōtumacias,& delicta,ac iuras in Terra S.Iusti, eiusq; districtu,qui tēporibus retroactis,propter friuolas & cauillosas appellationes pœnam debitam recularēt,& hinc animosius ad delicta perperranda de cætero conferuntur; ne malefi

ne' malefitia remanent impunita,hac presenti lege statuimus,& ordinamus,q. omnes,& singuli,cōtrà quos per D.Potestatem,uel eius officiales,siue curiam procedetur modo aliquo in criminalibus causis, siue in damnis datis, per inquisitionem, & ex mero officio, siue per accusationem,siue per denunciationem,uel quemcunq; alium modum ,occasione cuiuscunq; malefici,excessus ,uel delicti,uel cuiuscunq; damni dati ,siue occasione mā dati ,siue præcepti,quod fieret alicui occasione debitorum communis.cuiuscunq; rei,uel personæ,qui uellent quo quo modo appellare,uel reclamare per se,uel alium loco sui,siue ab ipso processu, aut inuentione,siue præcepto,siue à sententia aliqua interlocutoria.siue etiam diffinitiua ,quomodocunq;& qualitercunq;teneantur, & debeant, & penitus obligati sint,ex forma præsentis statuti,eadem die ,qua appellationem interposuerint coram iudice à quo,deponere pro quolibet ,& qualibet uice effectualiter ,& in pecunia numerata,& non fictè penès camerarium communis nostri pro tempore existentem,infrascriptas pecuniarum quantitates, modo, & ordine infrascripto :uidelicet,q. si appellans ,uel appellantes reclamare,siue appellare uoluerint à prædictis,uel aliquo prædictorum,siue ab interlocutoria. siue à diffinitiua sententia , siue à præcepto prædicto ,& pœna illius maleficii, excessus, & delicti, siue damni dati, aut præcepti ascenderet usq; ad quantitatem decē librarum den.inclusiue,ab unde infrà tenearur(ut supra)penès dictum camerarii deponere florenum unum monetæ,A decem libris supra,usq; ad ungintiquinq; libras inclusiue deponāt,& deponere debeant libras decem. A xxv. libris supra,usq; ad quinquaginta libras inclusiue deponāt,& deponere debeāt libras ungintiquinq.A quinquaginta libris supra, usq; ad centum libras inclusiue,deponāt,& deponere debeāt libras ungintiquinq.A centū usq; ad centū libris supra,quantacunq; fuerit quantitas deponāt,& deponere debeāt(ut supra) florenos decem monetæ. Et si appellans, uel appellantes quo quo modo recusauerit, uel recusauerint deponere .uel deponere noluerint dictas pecuniarum quantitates, modo ,& forma supradictis,singula singulis congruè referendo per D.Potestatem appellationi di cte minimè diferatur,nec ipsa admittatur,sed imò dicta appellatio intelligatur, & sit,absq; alia pronunciatione,ipso iure nulla,& ea non obstante, contrà ipsum procedatur, aut ipsos,secundūm formam statutorum nostræ Terræ:& formam iuris,perindè ac si ullo modo esset appellatum.Et si contrà modum prædictum admitteret,& propter eam non exe queretur,prout ex forma statutorū,& iuris teneturˉincidar de facto in pœnam quinquaginta librarū den.communi applicandarum:exceptis à prædictis appellationibus,quę fie rent per D.Potestatem,uel eius officiales, & curiam extraiudicialiter.causa officii exercendi; in quibus quantacunq; fuerit quantitas,& causa appellationis interuenientę: deponat appellans,(ut supra)& deponere teneatur penès camerarium prædictum solidos octuin den. Et si appellans,siue appellātes huiusmodi in causa appellationis fuccubuerint,siue fuc cubuerint .uel dictæ appellationi renunciauerint.uel eam prosequti non fuerint? ex tunc deperdant quantitatem denariorum .siue pecuniarum per ipsum , uel ab ipso depositarā, ut supra?.& illa applicetur communi, & teneatur referre ipso communi nihilominūs omnes expensas,taxandas, prout fuerit de iure. Si uerò communitas ipsa fuccubuerit?uoluerit,& ordinamus,q.etiam dicta communitas teneatur, & debeat appellanti prædicto re fiere omnes,& singulas expensas, quæ occurrerent in causa dictæ appellationis, & etiam nihilominūs restituat, & restituere teneatur quantitatem depositam dicto appellanti. Et nē communitas ipsa indebitè,& iniustè expensis fatigetur,propter malitias,& ignorantiā officialium nostri communis:teneatur,& debeat ipse D.Potestas,à quo appellatum fuerit.(ut supra)tempore syndicatus,ad instantiam ,& requisitionem syndici generalis dicti communis,coram suis syndicatoribus dare idoneum depositarium dictæ communitati, de reficiendo eum effectu omnes expensas legitimas dictę communitati,per ipsam factas in causa dictæ appellationis,casu quo dicta communitas in dicta causa appellationis fuccubuerit.per sententiam iudicis sententiantem,per dictum D.Potestatem male sententia tum,siue pronunciatum fuisse super causa principali,à qua extitit appellatum. Item, nē

interponentes appellationes communitatem prædictam, per ambages iudiciorum, ualeant causas appellationum, tam ab interlocutoris, q̃ diffinitiuis sententiis, siue præceptis interpositis, in longum perducere, & sic cõmunitatem uarijs expensis fatigare, statuimus, q. quicunq; de cætero appellare uoluerit ab aliqua sententia interlocutoria, præcepto, commonitione, uel alio quocunq; grauamine, uel sententia diffinitiua in criminalibus, uel damnis datis, siue extraordinarijs causis, facto dicto deposito, ut supra teneatur, & debeat infrà quindecim dies continuos, se præsentasse coram iudice ad quem cum eius appellatione, & inhibitoriam reportasse, ad nostram Terram, & iudici præsentasse: alias dicta eius appellatio intelligatur, & sit ipso iure nulla, & cõtrà eum, uel eos procedatur, perinde ac si non appellasset, siue appellassent, absq; alia pronũciatione. Dicta uero inhibitoria præsentata, adeò sollicitè, & diligenter appellans ipse se habeat in dicta causa, q. eam faciat per sententiam terminari si ab interlocutoria præcepto, uel commonitione, uel alio grauamine extraiudiciali ter, infrà uiginti dies cõtinuos. si uero à diffinitiua, infrà mensem cõtinuum: aliàs dicto termino elapso, similiter dicta appellatio sit, & esse intelligatur ipso iure nulla, & contrà ipsum appellantem procedatur per D. Potestatem, & alios officiales, perinde ac si nullo modo esset appellatum. Et si modo aliquo per dictum appellantem, unum, uel plures fieret, q. dicta causa infrà dictum terminum non expediretur, quomodocunq; & qualitercunq; fieret: elapsis dictis terminis, eidem appellanti nullo modo reddatur ius in causis, negcriminalis causa, dicta durante causa appellationis, nec etiam damnum dantis in eius, uel eorum possessionibus personaliter, uel cum animalibus. Si autem appellatio fuerit super causis damnorum datorum: ad pœnam aliquam minimè teneantur. Et hoc statutum sit præcisum, nec indigeat aliqua interpretatione, sed solùm, & duntaxàt, ut uerba sonant, perpetuò intelligatur, & obseruetur.

Statutorum Ecclesiasticæ Terræ Sancti Iusti, Maleficiorum, siue de causis criminalibus, Liber Tertius feliciter explicit.

IN DEI NOMINE AMEN.

MVNICIPALIVM LEGVM, AC STATVTORVM

ECCLESIASTICAE TERRAE SANCTI IVSTI,

Damnorum Datorum, Liber Quartus feliciter incipit.

De officio, & iurisdictione Officialium Damnorum Datorum. Rub. Prima.

OFFICIALIS Damnorum Datorum ad officium deputatus in Terra Sancti Iusti, eiusq; districtu, ipso iure, & facto habeat, & habere intelligatur plenam iurisdictionem cognoscendi, puniendi, examinãdi, & decidendi in, & super, & de omnibus, & singulis damnis, quæ dari contigerint personaliter, uel cum bestiis à quacunq; persona, uel bestia, in re, uel possessione alicena, iuxtà formam statutorum pertinentium ad officium eius, & præsenti Quarto Libro scriptorum. Et habeat etiam iurisdictionem, curam, & solicitudinem faciendi reparari, aptari, & etiam (si opus fuerit) de nouo formari, & fieri, ac etiam manuteneri, & gubernari per homines nostræ Terræ, fontes, pontes, & uias per omnia, & singula oportuna loca territorii, & districtus Terræ S. Iusti, dum tamen de bonis, & ære dicti Communis ultrà centum sol. pro qualibet reparatione, seu ædificatione, absq; speciali deliberatione D. Potestatis, & Concilii generalis expendere, uel expendi facere nõ possit: & dum tamen maiora negocia ædificationis, & reparationis, multas, & longas operas exigentia: non aliter expediantur, q̃ cum deliberatione dicti concilii. Et in prædictis omnibus, & singulis, & dependentibus ab eisdem habeat auctoritatem, & potestatem præcipiendi, & personaliter cogendi, bandi faciendi, pœnas, & banda imponendi, mulctandi, & exigendi, prout uidebitur expedire: dum tamen ex arbitrio suo pœnam ultrà uiginti solidos pro qualibet, & uice qualibet imponere non possit, nec etiam exigere: & in casibus expressis in statuto, pœnam statuti non excedat: & si excesserit ultrà maiorem pœnam, q̃ dictum est ipso iure sit nulla.

Qualiter procedatur in damnis datis. Rub. II.

POSsit, & debeat dictus officialis damnorum datorum in, & super damnis datis, & dandis procedere, cognoscere, & punire per inquisitionem, denũciationem, accusationem, & simplicem scripturam, & etiam sine aliquo promotore, ex mero officio, & nõ ad relationem custodis priuati: & pœnas, & banda de facto imponere, exigere, & condemnare, & cõdemnationes exigere, & ad manus camerarii nostri cõmunis peruenire facere: termino infrascripto parti præfixo, tranſacto, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii: dũmodo tamen in terminis citationum, & defensionum defensiones productæ, & uerè non prohibitæ, uel nõ reiectendæ per formam alicuius ſtatuti, ſeu ordinis noſtri communis, ſaltem in termino citationis, & allegationum ſummariè audiantur, & admittantur: & dummodo ſemper de ipſo damno conſtet aliquo infrascriptorum modorum inſertorum in ordine, ſub rubrica de probationibus damnorum, &c. Et quicquid de aliquo dictorum modorum actum fuerit per dictum officialem, ualeat, & teneat plenè: non obſtante iure contrario: & una uia electa procedendi, ad aliam nihilominùs poſsit reuerti, ſeu redire. Excipimus autẽ à dicta clauſula, & arbitrio procedendi ex mero officio arbitrium procedendi per inquiſitionem, uel inuentionem, ſiue promotorem, & etiam arbitrium procedendi ad relationem

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. МЕЧНИКОВА

custodis priuati casus infrascriptorum, videlicet quotiens damnum aliquod fuerit datum per aliquam bestiam bouinam, equinam, asininam, mulinam, caprinam, uel pecudinam, aut porcinam, uel eorum generum in terra loda, uel non culta, aut stipulis plena, uel non ter aratro reuoluta, aut campestri, non seminata, aut etiam in terra pratiua, uidelicet posti q eo anno fœnum fuerit inde secatum, & sublatum, usq; ad kalendas Martii, & nō fuerit iterum ipsa terra pratiua in eodem anno terminata solenniter, prout continetur infrà in statuto de damno dato cū bestijs in bladō, &c. item in terra nemorosa, uel syluata, aut in aliquo rubeto: ité de solo transitu, uel ingressu personali, pedester, aut equester, per possessionem alterius non hortalem, unealem, uel cannetalem, uel non seminatam aliquo genere bladi, uel leguminis: item de lignis, aut harbis syluestribus, quæ portarētur per operarios, siue laboratores diurnos per unum fascem, uel eorum portabilem in collo uirili, die, & loco, quo laborauerint. In quibus exceptis casibus tantum per accusationem, denunciationem, promotionem, uel quærelam procedi uolumus, & non aliter. Addimus huic ordini, q; in damnis datis, uel daudis in uinea, sola citatio sufficiat ad excusandum adeō q; si semel citatus per publicum bayulum ex cōmissione D. Potestatis, uel officialis, & is, cōtra quem procederetur occasione alicuius damni, nō comparuerit legitimè, & idoneè in termino in citatione præfixo: ex tunc dicto termino elapso, habeatur, & reputetur cōtumax ipso iure, & elapso termino in allegationibus prefixo, posit, & debeat puniri, & condemnari, tanq; uere confessus, & conuictus, & pro confesso, & conuicto habeatur, & eius condemnatio, seu pene impositio ualeat, & firma sit cum omnibus inde secutis, & secuturis: iure cōtrario nō obstāti. dum tamen fatem dicta citatio die precedenti pro die sequenti facta extiterit personaliter, uel ad domū habitationis citati, quā domi citationem aliquis uicinus, uel aliquis testis præsenserit, cuius nomen fit in relatione redactū: & talis relatio uolumus, q; sufficiat pleno iure, & ei plena fides adhibeatur. Aliter uerō facta citatio nō ualeat, nec teneat: & si citatus infrà dictū terminū, & in tempore allegationi nō cōparuerit legitimè posit. & de beat puniri, uel cōdemnari, tanq; uere confessus, & conuictus, fm formā nostrorū statutorū.

De accusationibus, & denunciationibus damnorum datorum. Rub. III.

ACeusare posit, & admittatur, patre non cōradicente, filius familias, & etiam minor, necnon & minor, qui sit ætatis saltem decem annorum, & tam colonus, etiam ex parte, q̄ dominus possessionis, dū tamen ex accusatione coloni etiam dominus percipiat partem emendationis damni: & in concursu dominus admittatur, potius q̄ colonus, salua colono parte suæ emendationis, & refectionis damni. Colonus uerō, siue laborator dominū possessionis, siue patronum accusare non posit, nisi de graui, & enormi damno, ex quo lesus, siue damnificatus extiterit colonus pro parte sua ad minus in centum sol. den. posit tantū m pro damno illato ciuiliter agere, seu emendationem consequi a patrono: & etiam admittatur accusans de damno illato in re communi, quilibet consors, seu partem habens in ipsa re damnificata, non obstante contradictione alterius partem, uel ius habentis, & sui per his potior habeatur, & admittatur ad accusandum, qui primò præuenerit conquerendo, uel denunciando damnum dum tamen de eodem damno non amplius, q̄ semel, quatum ad pœnā) procedatur. Salua semper cuilibet consorti, seū in partem damnificato, parte emendationis pro rata dicti. Et idem iuris fiat, & obseruetur in ceteris damnum passis, & quorum interest: & nihilominus admittatur ad accusandum omnes alii, & singuli non prohibiti de iure communi. Accusari autem possint, de damno inquiri, puniri, & condemnari quilibet maior octo annorum item filius, & filia, etiam sine consilio patris, & cōtradictione patris non obstante: & alius quilibet de damno culpabilis, per se, uel eius animal, qui de iure communi accusare non prohibetur. Preterea ad repulsam friuolarum exceptionum, quæ plerunq; aduenium in causis damnorum, ualeat, & recipiatur etiam accusatio generalis, etiam inepta, continens in se simul, & semel diuersa facta, & conclusiones, siue diuersas actiones, uel continens easdem personas pro reis, ac etiam pro testibus contra alios,

alios, & alia quæcunq; accusatio, denunciatio, uel quærela non obstante aliquo errore, uel repugnantia conceptionis illius formę: dum tamen aliquis intellectus cōcludens, & damni qualitatē demonstrans resultet. Teneaturq; dictus officialis propria fua manu in actis suis, ad petitionem petentis, sine aliqua mercede in scriptis redigere quam libet accusationem, denunciationem, seu simplicem quærelam dicentis, damnū in re, uel possessione propria, uel conducta datum fore, & super dicta scriptura, tanquam super uera accusatione, posit, & debeat procedi, & pœna exigi, ac etiam obseruari dam, tanq; super accusatione legiti ma formata officialis contrafaciendo, & resistens præscita forēne, uel etiam admittere, pu niatur pro quolibet, & qualibet uice in centum sol. den. nostro cōi applicand. Admittatur, & reputetur legitimus ad accusandum de damno dato, etiam familiaris, siue famulus alicuius, qui comparens coram officiali, asserat, se habere in mandatis à dño, siue patrono, q̄ accuset, uel denunciet: & super tali accusa, uel denūciatione, aut etiam querela procedatur, & procedi posit & ualeat pleno iure, nisi dominus expresse contradixerit, ante exculatiomem super processum: dum tamen emendatio damni semper concipiatur, & fiat in persona domini. Item quò ad causam damni dati, reputetur idoneus ad accusandum, seu denūciadum is, qui tempore damni facti, seū illati tenuerit, & possiderit rem damnificatam, ut dñs: non obstante q̄ alius in re ipsa ius aliquod habeat, uel prętendat: talis tamē accusatio, seu denunciatio, cū inde fecutis, nullū prejudicii facere possit alteri ius habēti, quō ad alia.

De probationibus damnorum datorum. Rub. IIII.

NE probationum difficultate damnorū sequatur impunitas, & inde delinquendi prębitur occasio, ampliantes probationum materias, prouidemus, q̄ infrascriptæ probationes, & quæ habent ipsarum in suis casibus locum habeat, ualeat, & sufficiat pleno iure, uidelicet si aliqua inuētio damni facta per officialem, quin in actis suis scripserit, & aliquam personam, uel bestiam inuenisse damnum dare tali die, uel nocte in tali loco: habere decernimus probationis plenam efficaciam, & effectum, absq; alia inuentionis, uel damni probatione. Item pro plena probatione haberi uolumus, & admitti relationem bayuli publici, qui ex commissione ipsius officialis, ad petitionem alicuius conquærentis, ad locū dam ni accesserit, & ibi uidisse, seu inuenisse retulerit, personam, uel bestiam damnum dantem; huiusmodi quærimonia, commissione, & relatione reducta in actis. Item relatio custodis priuati ad hæc deputati, & iurati, iuxta formam inferiùs traditam, qui suo sacramento, etiam de nouo præstando retulerit, se uidisse aliquod damnum dari, uel fieri in uinea, uel cāneto, horto, arbore fructifera, uel pomis ad ufum hominum conluetis, & etiam in glande; habeat, & habere intelligatur plenæ probationis effectum & ualeat, & teneat usq; in quantitatem uiginti solidorum pœnæ, & in ipsa quātitate uiginti solidorum pro quolibet damno, & qualibet uice & simplici probatione prædicta posint pœna imponi. Et idem in bladō, lino, & legumine obseruetur, à kalendis Martii in posterum. In maiori uerō quantitate pœna nullo modo posit imponi ex tali relatione, & sacramento de damno dato in aliqua prædictarum rerum, nisi cum dicto unius testis idonei, per quod unā cum relatione prædicta posit, & debeat pœna, & perfecta impositio pœnæ fequi, uel fieri, iuxtā facti qualitatem, & formam ordinis de ipso damno loquentis. De aliis autem damnis, idest in aliis rebus datis, nulla pœna ex tali relatione custodis imponi, uel sequi quo quo modo posit, seū debeat. Volumus tamen, q̄ licear, & posit probari contrarium eius, quod retulerit custos, in totum, uel in partem, saltem per duos testes idoneos, quo casu teneatur ipse custos ad pœnam, & emendationem, & non persona, uel bestia per eum denunciata, item sacramentum eiusdem domini, uel possessoris, seu etiam coloni, aut laboratoris rei damnificatæ conquærentis, & iurantis per se, uel aliquem eius familiarem, aut nuncium bonæ conditionis, & fame, ac honestæ uitę: uidisse, uel inuenisse in re, uel possessione sua damnum dari personaliter, uel cum bestijs: ipsa quidem querela cum iuramento in actis redacta simili modo habeatur, & reputetur plena probatio, usq; ad quantitatem uiginti solidorum den.

Dictum quoq; unius testis bonæ famę testificantis de usu, pro quolibet damno ualeat, & sufficiat, tanquam plena probatio, ad totam integram pœnam, cum iuramento tamen domini, ut supra: dum tamen testis non sit minor ætatis quatuordecim annorum. Item dictum unius testis tantùm, etiam si sit familiaris, uel domesticus, usq; in quantitatem uigin ti solidorum denariorum pro quolibet damno, & quolibet delinquente admittatur, & eidem cum iuramento credatur.

De priuatis custodibus eligendis, & eorum officio. Rub. V.

STatuimus, & ordinamus, q; in Terra Sácti Iusti habeantur, & sint uigintiquatuor custodes priuati, & pauciores, secundum q; uidebitur Dominis Potestati, & Prioribus, ad damnum referendum officiali, uidelicet boni homines, & fideles, per quodlibet territorii deputandis pro rata, quorum quilibet sit ætatis ad minus uigintiquinq; annorum, & possideat in dicta Terra, uel eius districtu bona immobilia ad minus uigintiquinq; librarum denariorum. Qui eligantur per DD. Cósaloneríum, & Priores, und cum nostro D. Potestate, predicto modo, & loco secretè. Qui sic electi teneantur acceptare, & ad hoc cogantur personaliter, & de facto, omni oppositione remota: & teneantur ipsi custodes tenere secretè & si contrafecerint reuelando, puniatur quilibet reuelans, & uice qualibet in centum sol. den. de facto, sine aliqua solennitate persoluendis. Dominus autem Potestas, Consaloneríus, & Priores, qui hoc reuelauerint, in xxv. libris den. pro quolibet, & uice qualibet puniantur; teneaturq; & debeat noster D. Potestas, sub tam dicta pœna, in principio sui regiminis, statim per querere cum effectu ipsos DD. Consaloneríi, & Priores super prædictis, & nominandictorum custodú, qui nominati fuerint, & per eosdem diligenter scribi faciat, eosq; sin gulariter, & separatè eàm in nocte faciat euocari, & sigillatim eos consciubere, & recipere faciat corporaliter iuramenta, stipulationesq; de diligèter exquirendis damnis, & eoú officiis exercendis, & ipsis damnis penitus referendis infrà quintam diem, à die cognita damni, & de comparendo quolibet die dominico coràm officiali, ad referendú, si fic, uel nò dam num dari uiderint, & de soluendo pro pœna uigi in quinq; sol. quotiens in aliquo prædictorum contrafecerint. Eorum autem custodum nullum cogat officialis realiter, uel personaliter ad aliquod dicendum, uel faciendum, postq; comparuerit, (ut dictum est) & dixerit, se scire, seú audisse damnum dari, uel fieri, aut non: tu q; facta relatione per iuramentum, solum Deum habeant uelorem. Saluo, q; si referendo aliquem denunciasset, & contrarium probaretur, ut in præcedenti ordine. De prædictis autem omnibus officialis faciat speciale m librum continentem dictas electiones, seú relationes, & iuramenta, ac etiam singulas relationes supradictas. Quorum custodum officium duret per sex menses continuos: qui bus transactis, alij similiter creentur.

De emendatione damnorum datorum, & qualiter etiam ad ipsam emendationem teneantur conuicini, Rub. VI.

OFficialis damnorum datorú præcdictus teneatur, posse, & debeat in singulis casibus semper, dum exigit pœnam communis pro damno dato, simul exigere emendationem damni, soluendam parti damnum passæ, uel alteri pro ea, ab eadem persona, à qua ip sa pœna communis persoluitur, & una cum ipsa pœna ita q; simul, & semel executio fiat, nec retardetur executio damni, quanuis pœna cómunis foret exacta. Quantitas uerò pro emendatione soluenda in singulis manualibus damnis, seú personalibus illatis in horto, uinea, canneto, lino, blado, legumine, pomis, & arboribus fructiferis, & etiam in damnis per animalia illatis, præsente custode, sibi domino animalis damnum dantis in supradictis locis, uel aliquo eorum, sit, & esse intelligatur tanta, quanta esset dimidia pars integræ quantitatis soluæ, seú soluendæ pro ipso damno pro pœna communis, non obstèo solutionis beneficio. In aliis autem diuersis damnis fiat emendatio in tanta quantitate, quanta esset quarta pars totius, & integri bandi soluèdi in communi à damnum ferente: & saluo, cùm dicere-

dicereturq; damnum per conquærentem grauius, & enormius esse, q; dictum est: quo casu insuper supleméetum fiat emendationis in tantum ultrà, quantum extimauerint duo idonei uicini ad hoc specialiter deputandi, in quolibet casu prædictorum damnú, cuius actor, uel factor non apparuerit officiali, tàm manualiter datum, q; cum bestia, eméetur per sex, uel pauciores circunstantes personas de iurisdictione nostri communis, quæ personæ, uel quarum bestiæ loco, & tempore facti damni proximiores extiterint, de die, siue de nocte, tuxtà damni conditionem, & qualitatem, & officialis discretionem. Et q; huiusmodi personæ, & bestiæ sic proximiores extiterint dictis locis, & tempore, ut etur, & credatur dicto unius testis gratis, & conditionis, quæ requiritur in probatione damni ex forma præceden tium ordinum, & talis emendatio fiat in quantitatibus supradictis, nisi de eorum dies à die damni dati, uel iustificationis factæ.

Licentia domini, uel possessoris possessionis qualiter in damnis datis excuset, uel non. Rub. VII.

LIcentia data, uel danda per dominum, uel possessorem loci, uel per colonum, coptumatarium, uel tutorem, seú curricem, aut curatorem alicuius, necnõ per adultum, aut etiam per Prætatum Rectorem, uel Cappellanum alicuius Ecclesiæ, & loci, sú etiam per curatorem bonorum in scriptis, siue sine scriptis, in præsentia tamen unius testis fide digni, quandocunq; ante ipsum illatum damnum, cuius quidem testis, ac ipsius dátis licentiam præfatam iuramentis, attestationibus, & dictis stetur, & credatur, ac fides plenaria adhibeatur, & ualeat, & sufficiat ad excusationem, & impunitatem pleno iure. Quam quidem licentiam huiusmodi datam, uel dandã tantùm durare uolumus per tempus officii illius Rectoris, tempore cuius licentia huiusmodi data fuerit, & non ultrà, imo dicto tempore elapso, fiat, & esse intelligatur cassa, & nulla, perinde ac si data non fuisset. Item præsenta do mini, uel possessoris, seú etiam colonj, uel alterius prædictorum, qui loco, & tempore illati damni præsens extiterit, simili modo ad impunitatem sufficiat sine aliqua licentia. Procuratoris de hoc non habentis speciale mandatum, aut consortis, seú partem habentis in re communi pro indiuisa, licentia non excuset, nec releuet ullo modo sibi constituitæ dominj, seú consortis, aute illatum damnum habita. A liorum autem licentias, ueluti famulorũ, laboratorum, factorum, & similium personarum admiti non uolumus ullo modo. Præterea de damno illato in uinea non uindemiata, ubi uuæ existunt, personaliter, uel cum bestiis, aut in horto, & de incisione arborum, & aperta domo, uel eata, aut collectione oliarum, seú de damno accepto ri lignorum, de aceruo fœni, uel palee de paleariis, uel de tuptura alicuius loci clausi, seú acceptione cannarum de canneto, uel uinea, uel uindemiatione uuarum alterius, uel acceptione ferramẽtorum, de mesibus, aut aliunde exportatione cuiuscunq; generis bladi, collectione, & exportatione pomorũ in quantitate unius quartutu, uel ab inde suprà, incisione uitcorum ultra unum fasciculum, seú manipulum, repletione fouei, putei, uel fontis licentia generalem, & non expresè datam à dominis cum teste, prodeste ad excusationem non uolumus ullo modo, sed specialis, & expressa licentia in quolibet horum casuum penitus requiratur.

Qualiter teneatur pater pro filio, & dominus pro famulo. Rub. VIII.

PAter pro filio familias ad soluendum tam pœnam, q; damni emendationem usq; ad legitimam pro filiis familias ex ipso damno, omnimodè teneatur. Dominus autem, seú patronus pro famulo, seú seruo de damno per eum illato, seú facto, teneatur ad emendationem, & pœnam, si quidem ipse mandauerit damnum fieri, uel ei præsens fuerit loco, & tempore damni illati, seú facti, uel etiam rati habuerit post factum, aut lucrum aliquod indè perceperit: alioquin non nisi pro quantitate salarij nondum uersè, & nondum facti so luti, teneatur, & compellatur modis omnibus iuris remediis opportunis, expensis ipsius famuli, siue seruj non obstantibus quibuscunq;

De annullatione damnorum datorum, quomodo, qualiter & quando fiat. Rub. IX.

CVM quamplurimi sepe per iracundiam, & quandoq; per errorem ad accusandum, quæreliandum, siue denunciandum prosiliant, & interualio temporis iracundia subleuata, & errore correpto, benigniorè reddant dispositionem ideò statuimus, & ordinamus, q. si quis accusauerit, denunciauerit, uel quærelauerit in scriptis, uel oraculo uiue uocis aliquem, seu aliquos personaliter, uel cũ bestijs, aliquo modo damnũ dedisse in aliquibus locis, siue possessionibus, de quibus sibi permittitur accusare uigore nostrorũ ordinũ, & ipsum, uel ipsos, seu ipsorum aliquem, aut animalia à dicta accusa, querela, siue denunciatione retrahere uoluerit, & cassationem, ac annullationem processus petierit, infrà terminum præfixum ad allegandum: posse, & debeat talis recessio, siue abolitio fieri, & aboliri, dũtaxat men persona, cuius fauore, uel utilitate fieret, soluat camerario nostri cõmunis ante ipsam abolitionem uel in ipsa, cũ effectu ueræ numerationis sol. duos den. pro quolibet damno, siue processu, de qua solutione D. Potestas nostr nullam habeat portionem. Hoc addito, ad præcictorum maiorem declarationem, q. de inuentionibus factis per officiale damnorum datorum, & de relationibus priuatorum custodum, sub bayuli missi ad uidendum damnum datum ad petitionem alicuius, ex commissione officialis, abolitiones, siue recessiones nullatenùs admittantur, neq; fiant.

De præscriptione processus damnorum datorum, & eius expeditione, & q. notarius teneatur ire semel ad inuestigandum. Rub. X.

VOlumus, & ordinamus, q. de damnis personaliter, uel cum animalibus datis, uel dãdis, ultrà, seu post quatuor menses à die illati, uel facti damni, minimè procedatur & si quocunq; modo procederetur, uel processum foret: irritum sit, & nõ ualeat ipso iure. Insuper addimus, q. officialis teneatur, & debeat quem libet processum damnorum inceptũ, seu incipiendum expedire, & finire infrà unum mensem cõtinuum, à die incepti processus. Addimus quoq; q. officialis damnorum datorum teneatur, & debeat ire semel in die qua libet ad minùs ad inuestigandum, & perquirendum per territorium contrà damnũ dantes, & plus, prout ab aliquo fuerit requisitus. Contrafaciens officialis in aliquo præcitorum, uice qualibet in centum solidis denariorum puniatur.

Quòd officialis habeat, & habere debeat quartam partem pœnarum, de his, quas effectualiter peruenirì fecerit in commune. Rub. XI.

QVoniam spe lucri, ut plurimũ sollicitudo resultat, ideò hac sanctione duximus statuendum, q. D. Potestas habeat, & habere debeat quartam partem omnium pœnarum damnorum datorum, uidelicet de his, quas ipse, aut eius officialis peruenirì fecerit effectualiter in nostrum commune pro quibuscunq; damnis datis, per inuentiones, tàm sui uicarii, uel officialis prædicti ad hoc specialiter deputati, uel deputandi. De illis autem pœnis, quæ cum effectu ueræ solutionis non fuerint solutæ, nullam habeat, seù petere possit portionem. Hoc addito, (ut præcicta clariùs elucescant) q. si talis soluere debens, de pœna à se soluenda gratiam haberet, pro parte tangente ad nostrum commune in totum, uel in partem, gratiã etiã pro parte D. Potestatis, & officialis habere intelligatur, & integraliter habeat ipso facto. Et ad remouendam omnẽ fraudẽ, uolumus, q. dictã quartã partem pœnæ solutæ dictus D. Potestas habere debeat manu Cancellarii nostri Cõmunis, & nõ aliter: & D. Potestas teneatur obleuare prædicta, unculo eius iuramenti.

De cura Officialis damnorum datorum in reparatione uiarum, fontium, pontium, & similium, & qualiter emendentur damna illata per eos. Rub. XII.

OFficialis damnorum datorũ teneatur, & debeat ex debito sui officii personaliter saltẽ in mense accedere, & nihilominus quotiens à uiabilibus, uel aliquo ipsorum fuerit requisitus

quisitus, nec non ad querelam cuiuscunq; de Terra S. Iusti, ad prouidendum super uias, & stratas magnas nostri territorii: & maximè pontes, & fontes, & ualla Cõmunis, ne ob ruinam, uel aliunm casum, defectum aliquem patiantur: & si quidem in aliqua parte ipsarũ uiarum, uel cognouerit ipsum defectum, sollicitè infrà dies quindecim, à die, qua sibi notum fuerit, per conuicinos de eius contrata, in qua esset, fiat reparatio. Et etiam teneatur semel saltem tempore sui officii facere bandiri, q. omnes possidẽtes iuxtà dictas uias, & de dicta contrata, & iuxtà alias uias cõis debeant extirpalle dumos, siue lepes eorũ possessionum, iuxtà ipsas uias infrà certum honestum terminum. Et fossata consueta, uel oportuna fodi facere, & etiam purgari; uiasq; uicinales possit, & debeat facere reparari ad petitionem cuiuscunq; uicini, cuius interesse, prout uiderit expedire. Similiter etiam teneatur facere fodi, & parari foueas, siue munimã pro parte Communis, ubi, & quando fuerit opportunum, sumptibus Cõmunis. Quisquis autem aliquam arborẽ fructiferam, uel ramum inciderit, uel aliquid aliud de possessione alterius acceperit, & de mandato alicuius uialis causa ędificationis, uel reparationis alicuius uiæ, pontis, uel fontis, siue sbarræ, ad pœnam aliquam, uel emendationem damni nullatenùs teneatur. Si quidem ipsa res incisa, uel accepta, fuerit officiali assignata, & in ipsa ædificatione, seù reparatione appolita. Si tamen damnum idem cõtingens alicui, uel ex incisione, aut acceptione prædicta foret graue, uidelicet à decem sol. supra: tunc ad querelã ipsius damnificati teneatur officialis facere emendari damnum per commune, si per commune fieret opus, uel per eos, per quos ipsum opus expediretur, sub pœna uice qualibet officiali negligenti, & non obseruanti prædicta, & quodlibet prædictorum decem librarum den. de suo salario extrahen. & nostro communi applicand.

Qualiter liceat reducere animalia repertà in damno, & de pœna impedientium ea reducentes. Rub. XIII.

ANimal alienum in damno repertum, per dominũ, uel colonum, seu laboratorẽ possessionis, non recognitum, cuius ipsa bestia, uel animal esset, tribus uicibus uocãdo, seù exclamando, custode, seù domino non accedente ad locum damni, nec expellente dictam bestiam damnum dãtem, de quibus uocationibus, & exclamationibus fietur sacramento inuenientis, & reducentis: liceat, & licitum sit domino possessionis, uel familiari, necnon laboratori, siue colono, absq; pœna, & bando aliquo reducere, & cõducere coràm officiale damnorum datorum ea die, ad faciendũ damnum emendari, & puniri secundùm formam statutorum. Et supradicta distinctio, & forma locum habeat in bestijs hominũ, & personarum terrigenarum. Insuper nulli liceat talia animalia sic reducenti, siue capienti accipere, nec reparare, neq; aliquod impedimentum facere, quò minùs dictum animal, uel animalia coram officiali reducantur, sub pœna contrafacienti pro quolibet, & uice qualibet decem librarum denariorum nostro Communi applicandarum.

Qualiter primò custos, deindè dominus animalium teneatur. Rub. XIIII.

DE unoquoq; damno per bestiam dato, primò custos, & in defectu custodis possessor, siue dominus talis bestiæ teneatur, tàm ad pœnam, q. ad damni emendationẽ: bestia tamen semper pro noxa obligata intelligatur, ex damno dato: necnon pro pœna, ita quòd capi, & retineri possit pro prædictis, non reperto custode, uel domino.

De recusantibus forum, uel iurisdictionem nostri Communis, & officialis in damnis datis, & de pœna Syndici non obedientis eidem. Rub. XV.

QVoniam nonnulli, qui nostri Cõmunis iurisdictioni subditi sunt, ut de damnis per eos illatis remaneant impuniti, audent forum, & iurisdictionem nostri communis, & officialis subterfugere, & ciusdem recusare iudicium: ideò statuimus, q. quicunq; quuis persona damnũ per se, uel eius animal dedisse in aliqua re, uel possessione nostri districtus fuerit culpata, denunciata, inquisita, uel accusata, seù relata in curia nostri D. Potestatis, &

eius officialis damnorum datorum, ſi utig iuriſdictionem, uel formam eius recuſare præſumpſerit, opponendo aliquam fori, uel iuriſdictionis captioſam exceptionẽ, ſeu defectũ nem, cum ſcriptura, uel uerbo, quo minus ipſius officialis iuſtis, & honeſtis mandatis obſ diat, uel recuſet pœnam ſoluere de damno dato, uel facto, quod legitimẽ conſtiterit, iuxta formam noſtrorum ſtatutorum, & ordinum tunc ſemper, & in quolibet caſu idem officia lis ex uinculo iuramenti, & pœna uigintiquinq; lib. den. de ſuo ſalario noſtro cõmuni perſoluẽ, teneatur, & debeat talem perſonam cũ præmittitur ꝛecuſantem, & inobedientem per ſyndicum noſtri communis deputatum ad malefitia referendum in curia generali, iudici malefitiorum dictæ curiæ de ipſo damno, & alijs denunciare, & facere referri, & nihilo minus ipſe procedere non debinat, ſi perſona fuerit ſecularis. Si autem perſona eccleſiaſtica fuerit, aut religioſa, uel clericali ordini ſubpoſita tunc eam denunciari, & referri facere teneatur, & debeat coram iudice ſpirituali eiuſdem curiæ generalis, ita q. damna data, uel facta pœnitus puniantur; & ralis ſyndicus eidem officiali in talibus obedire denunciando, & referendo teneatur, & debeat, ſub pœna unius florẽi de ſuo ſalario qualibet uice, qua contrafecerit, extrahendi, & communi applicandi.

Quòd ſuper pœnis, & caſibus non ſpecificatis in noſtris ſtatutis, & ordinibus, procedatur de ſimilibus ad ſimilia. Rub. XVI.

IN caſibus & damnis datis, tãm perſonaliter, q̃ cum animalibus non ſpecificatis, procedat officialis. & puniat de ſimilibus ad ſimilia, iuxtá ordinem, & caſum, cui cõuenientius adaptabitur, iuxtá prouidentiam, & arbitrium D. Potestatis. Deficiente uerõ ſimiliudine iuris ſcripti municipalis, recurratur ad antiquam, & probabilem conſuetudinem, in quo caſu, uel ſimilibus hactenus obſeruatum fuerit in noſtra Terra. Qua etiam deficiente, tunc terminetur, & fiat propriè, uel ſimiliter, ſecundũm iura communia. Quibus etiam in ſimilitudine deficientibus, obſeruetur, & fiat in determinatione ipſius caſus, & cauſæ, ſecundũm arbitrium, & diſcretionem noſtri Reginiis.

De pœna officialis non obſeruantis ſtatuta. Rub. XVII.

OFficialis nõ obſeruans ſtatuta ad eius officia pertinentia, in quolibet caſu, in quo alia pœna ſibi nõ foret impoſita, in decem lib. den. de ſuo ſalario qualibet uice puniatur.

De duplicatione pœnarum damnorum datorum notitia. Rub. XVIII.

DE nocte, uidelicet poſt occaſũ ſolis, & ante ortũ eius de mane, damnũ dãs perſonaliter, uel cũ beſtijs, puniatur in duplo pœnę, qua puniretur ꝓ ſimili damno de die dato.

De beneficio ſolutionis infrá terminum. Rub. XIX.

QUi etiã de iure cõi, ſponte ſoluenti quodãmodo indulgetur, & quod citò datur, gratius uidetur eſſe ideò præſenti ordine ſancimus, q. perſona accuſata, denunciata, relata, inuẽta, uel inquiſita occaſione cuiuſcũq; damni, tãm perſonaliter, q̃ cũ animalibus illa ti;in curia, & in foro noſtri cõis infra ſcripto beneficio ſoluendi, uidelicet ſi ſuã condemnationẽ, ſiue pœnã effectualiter cũ bulletino ſcripto manu officialis, ſoluerit camerario noſtrõis infrá xv. dies à die condemnationis, ſiue à die præcepti de ſoluendo, & remittatur ei in executione pro beneficio ſolutionis infrá tempus, quarta pars totius ſummæ, quam ſine beneficio ſolutionis debuiſſet. Dicto autem termino quindecim dierum elapſo, ſolutionis beneficium ſibi non profit, ſed fiat executio integra contrá eum.

De inculta uinea non habendá pro uinea, nec non de canneto, horto, & damnum dantibus in eis. Rub. XX.

AD declarationem caſuum in præſenti uolumine contentorum circa pœnas damnorũ datorum in uineis, hortis, & cannetis inculcis diſſimilus ad præſens, q. uinea intelligatur

gatur eſſe illa, in qua uites in magno numero uirides exiſtãt, & putatæ per tres annos proxime precedentes, ita q. de eis intelligatur ex damno pœnam ſolui, etiam q. ſemel tantùm in dictis tribus annis fuerint putatæ. Non putatas autem in dicto triennio pro campeſtri bus reputamus. Diſſimilmus quoq; q. cannetum eſſe intelligatur illud, in quo cannæ uirides, ſeu earũ radices in magno numero exiſtant, & ſit incilum per tres annos proxim è pre precedentes dies, quod in eo fieri, uel dari contigerit, etiam ſi ſemel tantùm in dictis tribus annis fuerit incilum. Non incilum uerõ in dicto triennio, pro campeſtri uulumus reputari. Volumus etiam, q. hortus intelligatur locus laboratus, ſeminatus, & ſepibus circundatus, & ubi ſint herbę, olera, agrumina, ſeu poma ſpectantia, & pertinentia ad hortũ, & omninõ ſepibus circundatus. Item pro horto intelligatur locus, ubi ſit copia ceparum, peponum, & cucumerorum quorumlibet, & his ſimilium pomorum, etiam q. nõ eſſet ſepibus circundatus iſte ſcũdus locus, ſalicet cucumerorũ hortus. Cauis magni numeri uitium, cannarum, & cucumerorum, & aliarum ſimilium rerum declarationem reliquimus arbitrio D. Potestatis, & Priorum. Addimus tamen huic ſtatuto, q. ſi qua perſona tantùm in dictis uinea, & canneto, quæ uigore præſentis ſtatuti pro campeſtribus reputantur, damnum dederit, uidelicet ibidem uuam immaturam, ſeu maturam collígendo, uites, & cãnas incidendo, & his ſimilia damna inferendo: puniatur cõtrafaciens uice qualibet in dimidia pœnæ, qua puniretur, ſi damnum datum fuiſſet in uinea, ſeu canneto in ſimili caſu.

De damno perſonaliter dato in horto. Rub. XXI.

DAnti, uel faciẽs damnum in horto, uel pomerio alcuius in noſtra Terra, rumpendo, uel intrando alíundè, ſine licentia domini, & indè collígendo, & exportando rapas, radices, olera, & his ſimilia, poma pepones, cucumeros, crocũ, & his ſimilia in quindecim lib. den. pro quolibet, & uice qualibet puniatur. Fodiens uerõ, ſiue carpens inde aliquã arborem, uel incidens aliquam uitem, uel arborem, in uigintiquinq; lib. den. pro quolibet, & uice qualibet puniatur. In horto uero clauſo, uel cam peſtri extrà Terram poſito in diſtrictu Terræ S. Iuſti, dans, uel faciens damnum, perſonaliter intrando, & collígendo pomꝛa, rapas, radices, olera, & his ſimilia, pepones, cucumeros, crocũ, & his ſimilia ꝓ quolibet, & uice qualibet in decem lib. den. puniatur. Sed ſi intrauerit tantùm, uel tranſitum indè fecerit, nihil collígendo, uel exportando in quinquaginta ſol. den. pro quolibet, & uice qualibet puniatur. Incidens uerõ, uel carpens indè aliquam arborem, pl;am, uitem, uel ramũ ſi arboris fructiferæ, in decem libris den. pro quolibet, & uice qualibet puniatur. Incidens uerõ ibidem arborem infructiferam, in tribus lib. den. cõdemnetur pro quolibet, & uice qua liber. Quid autem ſit, & qualiter intelligatur hortus, habetur ſuprà ſub rub. de inculta uinea, Collígens uerõ, & exportans olera, rapas, radices, epas, pepones, cucumeros, & his ſimilia de campo, uel uinea aliena, uel alio loco non hortalibi cõtum ſol. den. pro quolibet, & uice qualibet puniatur. Quam condemnationem, uel aliquam ipſarum non ſoluens infrà terminum quindecim dierum proximè futurorum à die huiuſmodi condemnationis compurandorum ſignetur, & ponatur ad cathenam communis, & quandiu uidebitur officiali damnorum datorum, ibi perſiſtat; & nihilominùs reponatur in carceribus communis, donec dictam pœnam, ſeu condemnationem ſoluerit cum effectu.

De damno perſonaliter dato in uinea, bladó, legumine, uel canneto. Rub. XXII.

STatuimus etiam q. incidẽs aliquam uitem in alicuius uinea, abſq; domini licentia: pro quolibet, & qualibet uice in centũ ſol. den. puniatur. Incidens uerõ alienã uitem cuiuſcunq; generis uuæ, in uinea, uel arboribus exiſtentem, aut in pergula ſeu ſtiam incidens di ctam arborem, aut pergulam deuaſtans puniatur pro quolibet, & qualibet arbore, & uite, & uice qualibet in decem lib. den. & ꝓ qualibet arbore, ſi fructifera erat, in decem lib. den. Si autem arbor inciſa nõ fructifera fuerit puniatur in quinq; lib. den. & hoc de arboribus, ſuper quibus uites exiſterent, intelligatur. Deuaſtans uerõ pergulas addiciuim; in quinq;

libris den. puniatur. Colligens uerò uuas in uinea aliena, sine licentia possessoris pro quolibet racemo, in quinq; sol. den. puniatur. Prohibentes (ad cautelam) q; morantes ad uindemiandum in uinea aliena, etsi cum licentia domini nō possint lacere, uel incidere uuas, nec etiam racemos ultrà duos pro quolibet die. Contrafaciens puniatur (ut dictū est) pro quolibet racemo in quinq; sol. den. Accipiens uel exportans de aliena uinea palos, siue cā nas, utes, siue farmenta: in quadraginta sol. den. condemnetur pro quolibet, & uice qualibet. Secans hæbram in uinea aliena, in quinq; sol. den. condemnetur. Deuastās utes, uel ipsarum euellens capreolos quoscunq; in quadraginta sol. den. puniatur. Et ad dubitatio nem removendam in singulis casibus, quid sit uinea, necnon tām & cannetum, q̄ hortus: declaratio traditur supra, sub rub. de inculta uinea. Metens aliquod genus bladi, usq; per unum fasciculū, & ab inde infrà in uiginti sol. den. condemnetur, p quolibet, & uice qualibet. Manipulum autem faciens alicuius bladi, in sol. decem den. condemnetur pro quolibet, & uice qualibet. Accipiens autem, uel metens aliquod genus bladi alcuius, nō cum licentia domini, ab uno fasciculo supra, in decē lib. den. p quolibet, & uice qualibet, & quolibet fasciculo condemnetur, Metens hæbram in blado alieno, pro quolibet, & uice qualibet in uiginti sol. condemnetur, Et hęc omnia, quæ dicta sunt de blado, locum habeant in quolibet genere leguminis, uel frumenti, uidelicet ut metens, accipiens, uel exportans, ad præd ictorum similitudinem condemnetur. Prohibentes expresse, q; laboratores, operarii, messores, fasciculos, aut alias extraneæ personæ, præter personam domini, uel possessoris, & eorum famulorum, non audeant metere, uel colligere aliquas spicas, uel quantitatem frumenti, siue bladi existentis in campo, uel possessione alicuius, nec ipsas exportare, donec frumentum, uel leges, & quātitas bladi existentis in ipso, & eodem campo, nō fuerit in unum compositā, & congregata in acervo, absq; licentia domini, uel possessoris. Cōtrafaciens puniatur pro quolibet, & uice qualibet in uiginti sol. den. & super hoc tenetur, & debeat offi cialis dominorū datorū facere specialem inquisitionē, eundo per loca oportuna ad exquirē dum, faciendo bandin, sub pœn officiali contrafacienti decem lib. den. de suo salario retin. & nostro cōsi applican. Cannetum alterius damnificans, personaliter fodiendo, uel cauando eius radicem, uel cānas incidendo pro quolibet, & qualibet uice in quadraginta sol. den. condemnetur. Frondes uerò dicti cannetiaciens, uel exportans pro quolibet, & uice qualibet in uiginti sol. den. cōdemnetur. Accipiens autē cannas incisas de cannetis, uel alibi, ubi fuerint aggregatæ, uel compositæ in centū sol. den. condemnetur pro qualibet talium, quolibet contrafaciente, & qualibet uice, & ab una salma infrà, in quinquaginta sol. p quo libet, & uice qualibet. Faciens alias hærbas in cānete, uel cannetis alienis aliter damnificās, in quinq; sol. den. qualibet uice puniatur. Per alienā uerò possessionē trāsiens personaliter, uel ipsam ingrediens, nihil collegēdo, uel exportādo in duobus sol. den. p quolibet, & uice qualibet puniatur, exceptis causa uentionis, & aucupationis, ex qua possit liberè fieri personalis ingressus, & trānsitus per possessionem alterius, nisi per bladū tantūm à kal. mēsis Maii in posterum, sed per hortū, etiā ex causa prædicta, nullo modo trānsitus fiat sub ibm dicta pœna. Hic posterò addimus, q; si qua persona alienū bladū, legumen, uel semē hini, & similē, ūm à paleis excussum, de alterius area, & loco, nōn cū uoluntate dñi, acceperit, uel exportauerit quantūcunq; usq; ad unū quartutū parui, ad mensurā nostri cēsis puniatur p quolibet, & uice qualibet à centū sol. usq; in dece lib. den. arbitrio, & discretione officialis. pro quantitate uerò maiori dicto quartutio, condemnetur per Curiā nr̄i D. Potestatis pro uero maleficio furti, maioribus, & actoribus penis, iuxtà personarū, & facti qualitatē.

Rub. XXIII.

De incisione oliuarum, & aliarum arborum fructiferarum.

INeidens arborem oliuæ à pede, & ramis infrà in uigintiquinq; lib. den. condemnetur, p quolibet, & uice qualibet. Ramum uerò incidens, in decem lib. den. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. R amulum uerò, siue frascam incidens, uel rumpens in quadragin ta sol. den. pro quolibet, & uice qualibet puniatur. Arborem pyri, mali, ficus, nucis, amygdolæ,

dolæ, persici, coctonei, melagranati, pruni, sorbi, quercus glandiferæ existētis extrà sylua, & similiū fructiferarū arborū incidens à pede, uidelicet à ramis infrà in decē lib. den. p quolibet, & uice qualibet, & qualibet arborē cōdemnetur. R amū uerò incidēs, uel rūpens huiusmodi arborū, uel alcuius ipsarū in tribus lib. den. p quolibet, & uice qualibet cōdemnetur. R amulū uerò incidēs, uel rūpens in uiginti sol. den. p quolibet, & uice qualibet cōdemnetur.

Rub. XXIIII.

De incisione arborum non fructiferarum, uel sylueſtrium.

INeidens arborem pro ædificio ualoris quinq; sol. uel supra, existentem in sylua, uel rubeto, seu rora, aut alibi in quinq; lib. den. uice qualibet, & p quolibet condemnetur. Minoris uerò ualoris arborem, scilicet non fructiferā incidens extrà sylua, seu rubetum in uiginti sol. den. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. Aliud uerò intrà syluam ligni, non ab ædificio, incidens, uel rumpens in quadraginta sol. den. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. Alia uerò ligna minuta, & non fructifera, in sylua incidens, in x. sol. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur, & à salma infrà in v. sol. pro quolibet, & uice qualibet. R amum uerò quercus non dom pomifere, uel ulmi incidens, uel rumpens, in v. sol. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. Arborē uerò silueſtris uiminalem à pede incidēs, uel rumpens per unam salmam in x. lib. den. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. Incidens uerò ramū dictæ arboris, uel rumpens, uel incidens ramusculos à decem supra, in xl. sol. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. Et à decem uimculis infrà inclusiue, pro quolibet ramo, & uice qualibet in quinq; solidis condemnetur.

Rub. XXV.

De pœna damnum dantium in pomis personaliter.

MAnu ex cerpens, seu pertici excutiēs, aut quomodolibet cadere faciēs poma, pyra, mala, glandes, nuces, & similia, in centum solidis denariorum pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. Colligens uerò dicta poma, uel aliquod ipsorum manualiter, uidelicet poma pyri, mali, perſici, amygdolæ, nucis, mali punici, coctonei, & similium si ipsa exporta uerit, in xl. sol. den. p quolibet, & uice qualibet cōdemnetur. Colligens uerò dicta poma, uel aliquod ipsorum, & ibidem comedens ea ad pedem arboris, in decem sol. p quolibet, & uice qualibet condemnetur. Colligens uerò, & exportans ficus, pruna, sorba, & his simi lia poma, seu fructus, in uiginti sol. den. pro quolibet, & uice qualibet puniatur. Colligens uerò dicta poma, uel aliquod ipsorum, & ibidē comedens ad pedem arboris in quinq; sol. den. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. Colligēs oliuas ex arboribus alienis, uel de terra, uel possessorem, seu collectas accipiens ut de uero maleficio furti, per D. Potestatem, uel eius Curiā cōdemnetur, maioribus, & acrioribus penis, iuxtà personarū, & facti qualitatē, prout de iure fuerit faciendū: saluo, si quidem accusator, uel persona damnificata maluerit procedi per dictum officiale: quo casu possit, & debeat pena imponi pro quolibet delinquente, & qualibet uice à decem lib. den. usq; in uiginti quinq; arbitrio, & discretione D. Potestatis, iuxtà personæ, & negotii qualitatem. R ecolligēs ex terra, anteq; oliuæ fuerint collectæ in quinq; lib. den. condemnetur: posteà uerò oliuæ fuerint collectæ per dominum, uel possessorem, aut colonum, uel laboratorem possessionis, colligens de oliuis collectis, quæ consueuerunt recollectitiū appellari in tribus libris denariorum pro quolibet, & uice qualibet condemnetur.

Rub. XXVI.

De accipientibus alienum fenum, paleam, aut herbas pratiuas, uel custoditas, uites, ramulos, aut alia ligna incisa.

DE domo extrà Terram, cassina, uel casselletta alicuius accipiens, uel exportans fenū, uel paleam, uites, ramulos, uel ligna, si cum somario, uel alia bestia, in decem lib. den. cō dementur. Si sine somario, accipiens, uel exportās in collo, siue spatulis in centū sol. den. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. De paleare, uel acerue, aut alibi, q̄ in dictis locis existentibus extrà Terram acceipiens, uel exportans fenum, paleam, uel ligna, & alia, ut

supra ; si eum somario, in centum sol. den. pro quolibet, & uice qualibet: si sine somario, in quinquaginta sol. den. condemnetur. Paleam, fœnum, uites, & ligna non composita in ali quo aceruo, aut alibi, q̃ de dictis duobus locis, aut hærbam prati, seu campi cuſtoditi, uel ſe nium alienum accipiens, uel exportans cum somario, in quadraginta sol. den. pro quolibet, & uice qualibet: ſi ſine ſomario, in uiginti ſol. den. condemnetur. Metens, uel exportans hęr bam de prato alicno, uel campo ſeruato, ſeu, ut dicitur, giuſſato: ſi cū ſomario, in xx. ſol. den. ſi ſine ſomario, in decem ſol. den. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. Intelligatur autem hæreba giuſſata, ubi in campo fuerint hinc inde affixæ ad minus decem arun dines per dominum, uel poſſeſſorem campi, cauſa ſenum cuſtodiendi: de qua affixione cũ narum, & cuſtodia fidei fiat, & credatur dicto unius teſtis bonæ famæ. Et quelibet fami lia de Terra S. Iuſti poſsit giuſſare tres operas terræ aptæ ad ſenum producendum in ſua propria poſſeſsione, uel conducta, & non ultra. Hoc addito, q. quicunq; uoluerit giuſſare, & cuſtodire, ut ſupra: debeat hæc dare in ſcriptis D. Poteſtati, uel officialibus eoũ, & locũ & quãtitatem operarum, & iurare, q. tale giuſſatum facit cauſa ibidem cuſtodiendi fœnũ; & alter terræ giuſſatæ habeantur pro non giuſſatis. Accipiens autem aliquam dictarum rerum de domo, uel de alio loco, præter hortum infrà Terram poſitum : puniatur ſecundum formam uteri maleficii de furto per officium D. Poteſtatis.

De pœna detentium ſuper alienam, uel frangentis pontem, aut ſoſſatum implentis, uel aliquid proiicientis in poſſeſsionem alicuius. Rub. XXVII.

INcidens fractam alterius, uel indè accipiens ſarcinas, uel ſalmas, uel aliquid de cſuſmine, non de uolantate domini, uel poſſeſsoris, nec de mãdato alicuius officialis: in quadraginta ſol. den. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur. Frangens, rumpens, uel aliter impediens pontem, uel aditum alienum, aut foſsam, uel ſoſſatum in aliqua parte implens, uel explanans, uel pontem faciens ſuper foſſatum, aut habens aditum per poſſeſsionem alienam, in centum ſolidis den. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur.

De pœna accipitis lateres, uel tegulas, lapides, ſiue ſtipulã euulsã, uel nõ. R. XXVIII.

ACcipiens de poſſeſsione alicuius poſita in territorio, & diſtrictu Terræ S. Iuſti aliquę laterem, uel lapidem, aut tegulam non compoſitã, pro quolibet latere, ſimiliter & tegula in quinq; ſol. den. condemnetur. Pro quolibet uero lapide magno in xx. ſol. den. condemnetur. Pro cementis uerò, uel aliis minoribus lapidibus in xx. ſol. den. puniatur. Stipulam uerò excerptam, uſq; in ſex manipulos, accipiens, uel exportans, in quinq; ſol. den. pro quolibet, & uice qualibet condemnetur: ab inde uerò ſupra, in xl. ſol. pro quolibet puniatur. Carpẽs uerò, ſiue faciens ſtipulam in poſſeſsione aliena ſine licentia domini in xx. ſol. den. pro quolibet condemnetur. Accipiens hærbam alienam fœtam, uel ſeparatam, in de cem ſol. pro quolibet ſalma, & uice qualibet puniatur: & ab inde infrà, in quinq; ſol. cõdemnetur. Et hæc omnia locum habeant in ablatis extrà Terram.

Quòd laboratores non ſerant de fructibus ſinè uoluntate domini, & bullecta officialis. Rub. XXIX.

NVllus laborator de poſſeſsionibus alienis, quas colunt, ſerat uuas, uel alia poma, aut ligna, uel cannas ſine expreſſa licentia dñi, & apoditta ſcripta, uel bullata, aut ſubſcripta per officialem. Contrafaciens, p. quolibet, & uice qualibet in quadraginta ſol. den. condemnetur. Et officialis non poſsit, nec debeat dictam apoditam dare ſine licentia domini poſſeſsionis, ſub pœna decem librarum den. de ſuo ſalario detrahendarum.

De lignis, & ramulis oliuarum, & lignis quercuum non apportandis ſine apodiſta officialis. Rub. XXX.

STatuimus, & ordinamus, q. nulla perſona de noſtra Terra, uel aliunde, in ipſa Terra, territo-

territorio, & diſtrictu habitans, audeat, uel præſumat, aliquo tempore apportare, nec apportari facere perſonaliter, uel cũ beſtiis de ſua, uel aliena poſſeſsione de lignis, & fraſchis oliuarum, & de lignis quercuum, ſinè expreſſa licentia, & apoditta, ſiue bullecta ſcripta, aut ſubſcripta per officialem dñi nostrum datorum, de uoluntate DD. Cõſalonen, & Priorũ. Cõtrafaciens uero puniatur pro quolibet, & uice qualibet, ſiue ſit perſonaliter, uel cum beſtiis apportarer, & quocunq; alio modo, in uiginti ſol. den. Hoc addito, q. predicti cus officialis, dum concedit licentiam apportandi de predictis lignis, & ramuculis, cenſeatur, & debeat illi, cui concedit talia licentia talia deterendi dare corporale ſacramentum, q. ligna, ſiue ramuli apportandi, ſua apportari, ſint de poſſeſsionibus ſuis, & nõ de alienis; & hoc ſine de preſenti a duorum, et proximiorum conuicinorum poſſeſsionis, de quibus ſi gnis, ſeu ramis apportarentur : a quibus conuicinis ſolenniter habeatur informatio per oſ ficiale, & ipſos DD. Priores, ſi uerisimile, ac poſsibile dicta ligna, & ramuli poſſent apportari de illis poſſeſsionibus, de quibus habetur licentia. Quę licentia, & bullecta poſsit con ceđi in, & pro qualibet uice per les menſes tantùm, & non ultrà: & ſi pro maiori tempore eonceſſa fuerit, habeatur pro non conceſſa imò ſi quis talis bullectæ uigore ſecus apportare, ſeu apportari facere audebit: puniatur ac ſi bullectam, ſiue licentiam non haberet. Et præfatus officialis teneatur, & debeat pro predictis inquirere, & inueſtigare ſollicitè, per in ctentionem, inquiſitionem, & quo modocunq; & qualitercunq; & illos, quos in predictis culpabiles reperiet, tam per confeſsionem illorum q̃ per teſtium probationes, & priuato q. cuſtodum relationes punire poſsit, & debeat: aliquo ſtatuto in contrarium nõ obſtante.

Quòd non ſit licitum de fructibus apportare, etiam de poſſeſsionibus proprijs ſine licentia officialis. Rub. XXXI.

STatvimvs, & ordinamus, q. nulla perſona Terræ Sancti Iuſti, uel aliunde in ipſa Terra habitans, aut eius territorio, & diſtrictu, audeat, uel præſumat, etiam de poſſeſsionibus ſuis apportare, uel apportari facere de agreſtibus uuis, perſeis, ficubus, nucibus, neq; de aliquo genere fructuum, & pomorum arborum, abſq; expreſſa licentia, & apoditta aut bullecta ſcripta, ſiue ſubſcripta manu officialis dominorum datorum. Contrafaciẽs uerò cõdemnetur pro quolibet, & uice qualibet, ſi de ſuis poſſeſsionibus, in quinq; ſolidis denariorum. Si uerò de alienis poſſeſsionibus de dictis fructibus apportauerit, abſq; licentia, & apoditta prædicta, ultra pœnas pro damno ſtatutas puniatur in decem ſolidis den.

Quòd nuncii dominorum poſſeſsionum non teneantur ad pœnam. R. XXXII.

FREQVENTER accidit, q. domini, ſiue poſſeſsores prędiorum, & rerum multos amicos, conuicinos, uel familiares ad eorum res, & poſſeſsiones, ad aliquid faciendum, tollendum, ponendum, uel alium actum operandum, aut ferendum, colligendum, & portandum perſonaliter, uel cum beſtiis dirigunt, & tranſmittunt : quorum operatio, actum, uel factum officialibus forte, uel alijs uiderent damnoſum ; & ſic pœnas promereri aduerſus alios communiter conſtituras. Nos uerò attendentes, qui nuncii ſunt, uel deſtinati dominorum, & q. ſuarum rerum quilibet debet eſſe moderator, & arbiter, ac etiã q. uolent nulla irrogatur iniuria: hac in perpetuum ualitura deciſione firmamus, ut in talibus caſibus, & ſimilibus, delinquens nullam teneatur ad pœnam, & pœnitus ſit, & eſſe in telligatur impunis inſi quando dominus, ſiue poſſeſſor non fuerit ſanæ mentis, uel indiſcretus, & actus, qui fieret, uel factus eſſet, obnoxius foret euidenter ſuę indubitanter. De hoc autem, indelicet an uoluntate, & mandato domini, ſiue poſſeſsoris, tãm dicti domini, ſiue poſſeſsoris, q. nuncii, ſiue ſimilium perſonarum ſteturr ſacramento, & dicto, ab q. aliqua alia probatione requirenda . Nolumus tamen præſentem ordinem locum habere in rebus pro indiuiſis habitis, ac pluribus communibus, niſi quando fieret omnium, ad quos ſpectat, mandato, & uoluntate quo caſu ſimiliter fiat, & obſeruetur: non obſtantibus quibuſcunq; in contrarium facientibus.

Quòd transiens per possessionem alicuius causa expellendi bestias, non teneatur ad pœnam. Rub. XXXIII.

STatuimus, & ordinamus, q. quæcunq; persona intrauerit, seu ingerit per possessionē alterius causa expellendi, uel extrahendi animalia, seu bestias de damno dummodo dam non aliter non dederit, nisi pedibus eundo, ad bandum minimè teneatur.

De pœna ingredientium, uel damnum dantium in possessione alicuius contrà prohibitionem, uel protestationem. Rub. XXXIIII.

INgredies alterius rem, uel possessionem personaliter, uel cum animalibus, domino, uel laboratore, aut familiari prohibente, de qua prohibitione stetur dicto uniuersus bonæ famæ, uel etiam post protestationem à dominō factam, cum rogatione notarii condemnetur de solo ingressu pro quolibet, & qualibet uice in centum solidis den, & nihilominus de damno, quod dari contigerit, contrà prohibitionem, uel protestationem condemnetur in duplo pœnæ statutariæ pro simili damno cum protestatione, & prohibitione imposite.

De pœna forensium damnum dantium. Rub. XXXV.

FOrensis dans damnum personaliter, uel cum bestiis in territorio S. Iusti puniatur ea pœna qua terrigena dans simile damnū punietur, & condemnetur. Salua, si maior pœna, uel minor exigeretur contrà terrigenam nostrum in terra forensis damnum dantem: tunc eum eadem pœna exigatur contra forensem, quam forenses contrà nostros exigunt terrigenas.

De damno dato personaliter in possessionibus communis. Rub. XXXVI.

PErsonaliter, uel cum bestiis inferēs damnum in aliquam syluam, uel etiam possessionē eius S. Iusti, exceptis pascuis, & aliis locis cōmunis, puniatur, siue cōdemnetur ea pœna, qua punietur, siue cōdemnabitur de damno dato in possessione alterius priuatæ personæ.

De damno dato cum bestiis in uinea, horto, & canneto. Rub. XXXVII.

SI aliquis bos, uel uaccha, equus, equa, asinus, uel asina, mulus, mula, uel dictorū genera animal nō lactans damnū dederit in uinea à kalendis mēsis Martii, usq; ad factas uindemias, aut in horto, uel cannetо omni tempore si de die, in sol. xx. den. condemnetur pro quolibet, & uice qualibet de nocte uerò pœna duplicetur, & custos ipsorū, uel dns in defectu custodis teneatur. Si uerò dicta animalia, uel aliquod ipsorū damnū dederint, uel dederit in uinea, postq; fuerit uindemiata usq; ad kal. mensis Martii custos ipsorū, uel dns in defectu custodis condemnetur in x. sol. si de die: si uerò de nocte, duplicetur pœna dicta. Et simili pœna in similibus casibus supradictis puniatur custos, uel dns. in defectu custodis, porci, uel capræ, uel eius generis animalia nō lactantia, si damnum dederint in dictis locis, uel aliquo ipsorū, singula singulis referēdo, p. quolibet, & uice qualibet. Si uerò quodcunq; aliud animal quadrupes non lactans damnū dederit in dictis locis, uel aliquo eorū, excepta uinea postq; fuerit uindemiata, usq; ad kal. mēsis Martii, p. quolibet, & uice qualibet in quinq; sol. custos eorū, uel dns in defectu custodis cōdemnetur. Lactās uerò animal cuiusc unq; dictorū genus, ideſt lac carpens semper, & in quolibet casu damnorū supra & infrà specificatorū, si quod damnū inferre contingat, condemnetur custos, uel dns in defectum custodis. p. quolibet animali lactante, & qualibet uice in medietate quàritatis pœnę in qua condemnaretur ex damno animalis riuſdē generis nō lactāris. Si uerò dicti animal quadrupes non lactans damnū dederit in uinea, postq; fuerit uindemiata, usq; ad kal. mensis Martii, custos, siue dominus ipsorum condemnetur in sol. duobus pro quolibet, & qualibet uice. Item pro qualibet gallina, gallo, anſere, & similibus damnū dantibus in dictis locis, uel aliquo eorū, pro quolibet, & uice qualibet in duobus sol. puniatur, & cōdemnetur. de dam-

De damno dato cum bestiis in blado, legumine, prato, hærba custodita, lino, & similibus. Rub. XXXVIII.

SI Equus, equa, bos, uaccha. mulus, mula, asinus, asina, porcus, porca, capra, uel hyrcus, & eorum generis animal damnum dederit in blado, legumine, lino, & his similibus, à die, quo fuerit seminatum, inclusiuè, usq; & per totum mensem Februarii: condemnetur custos, uel dominus in defectum custodis, pro quolibet animali, & qualibet uice in quinq; solidis denariorum à kalendis mensis Martii inclusiuè, usq; quo fuerit messum, aut euulsum, condemnetur custos dictorum animalium, uel dominus ipsorum in defectum custodis, pro quolibet animali, & qualibet uice in decem solidis denariorum. In prato autem, & hærba custodita, si quod dictorum animalium damnum dederit, à kalendis mensis Martii, usq; quo fuerit fenum fecatum: in decem solidis denariorum condemnetur custos, siuè dominus in defectum custodis, cum hoc, q. ad minus per totum mensem Augusti fenum sit factum. Postq; uerò fuerit fenum factum, uel post transactum mensem Augusti, quando non fuerit factum pro quolibet animali ex prædictis, & uice qualibet condemnetur in sol. quinq; den. & hoc, si dominus, uel possessor prati noluerit eum iterum in eodem anno metere, de quo stetur iuramento ipsius, & teneatur in scriptis dare officiali, aliàs contrà ibidem damnum dantes non possit procedi, nisi prout supra continetur in 2. capite in rubr. qualiter procedatur in damnis datis. Statuentes insuper, q. nullo unq; tempore possint pascis in pratis, sub iam dicta pœna decem solidorum pro quolibet, & qualibet uice. Et uerò porcus, aut aliquod aliud animal eiusdem generis in dictis locis, uel aliquo ipsorum damnum aliquod dederit condemnetur custos, uel dominus ipsorum animalium in defectum custodis, pro quolibet animali, & qualibet uice in duobus solidis denariorū. Item si gallina, gallus, anſer, & similia animalia damnum aliquod dederit, seu dederint in dictis locis, uel aliquo ipsorum, excepto prato, & hærba custodita, in sex denariis pro quolibet, & uice qualibet pœna imponatur. Et hæc locum habeant in maioribus bestiis, siuè animalibus. In lactantibus uero dimidia pœna soluatur, ut supra dictum est, & idem in similibus fiat, & obseruetur. Si uerò dicta animalia, uel aliquod ipsorū, exceptis capra, hyrco, & pecude, & his similibus, ac etiam gallina, gallo, & anſere, damnum aliquod dederint, uel dederit in blado, lino, uel legumine, & his similibus, messo, siuè euulso, sed nōdum coadunato, seu in unum composito, uel in aream, aut in alium acerui causa componendi adanato: condemnetur custos, siuè dominus ipsorum in defectum custodis, pro quolibet animali, & qualibet uice, qua cōrafactum fuerit, in solidis quinq; denariorum. Pro eo autem damno, quod datum fuerit per dicta animalia, uel aliquod ipsorum, exceptis prædictis ex ceptuatis in blado, lino, legumine, uel his similibus, etiam composito, aut in possessione, uel alibi reducto, aut causa componendi, seu triturandi coadunato, aut in area, uel acervo existente, aut iam triturato, uel excusso, uel similiter pro quolibet animali, & qualibet uice, qua contrafactum fuerit, condemnetur custos, siuè dominus ipsorum animalium in defectum custodis, in solidis quadraginta denariorum. Si uerò capra, uel pecus, & eiusdem generis animal damnum aliquod dederit in dictis blado, lino, uel legumine, & his similibus, messo, siuè euulso, coadunato, siuè composito ad areā, uel ad acervum, & his similia, ad eum triturandum, excutiendum, seu ventillandum, & his similia, pro quolibet animali, & qualibet uice, qua contrafactum fuerit, condemnetur custos, siuè dominus ipsorum animalium in defectum custodis, in pœna dupli illius pœnæ, in qua dicta animalia, & eius custos, siuè dominus condemnari, siuè puniri deberent, si damnum dedissent in grano, lino, siuè legumine, & his similibus, nō secato, messo, siuè excerpto, à kalendis mensis Martii in posterum.

De damno dato cum bestiis in campo stoppario, magefe, uel sodo. Rub. XXXIX.

SI Bos, uaccha, equus, equa, asinus, asina, mulus, mula, & similia animalia damnum de-

derint pascuando, uel calpistando in campo stoppiario, magese, & similibus locis, eodem
netur custos, uel dominus in defectum custodis, per accusationem tamen damnificati, &
non aliter, in duodecim denarus pro qualibet animali, & qualibet uice. De lodo autem nó
teneatur ad pœnam, nisi precedente prohibitione, protestatione, uel contradictione dam-
nificati, quo casu pro ipso damno sodi similis punitio fiat. & nihilominus pro contemp
tu prohibitionis punitio inferatur secundum formam ordinis de hoc loquentis.

Rub. XL.

De damno dato cum bestiis in arboribus, & pomis.

SI Capra, uel eius generis animal, bos, uaccha, equus, equa, asinus, asina, mulus, mula, &
simile animal damnum dederit corrodendo aliquá arborem oliuarum, ficus, pyri, mar-
li, nucris, uel alterius arboris fructiferæ: in decem solidis denariorum pro qualibet animali,
& uice qualibet condemnetur custos, uel dominus ipsorú in defectum custodis. Pro qua-
libet uero pecude, capra, & porco, uel alio animali eorum generis, quod pascuauerit in oli
ueto, ubi non fuerint collecta poma, á kalendis mensis Nouembris, usq; quo oliuarum po-
ma fuerint collecta, in loco, seú in possessione, ubi fuerint animalia reperta: p qualibet ani
mali supra dictorum in solidis decem denariorum uice qualibet condemnetur. Adiciem-
tes, Cad obuiandum malitiis, q; prædicta locum non habeant in oliuetis, ubi essent poma
oliuarum collecta, etiam si tres, aut quatuor arbores remanssissent, quorum poma non fo-
rent collecta. Quo casu damnum dantes cum dictis bestiis non condemnentur per mul
tionem officialis, sed ad denunciationem patroni, ad emendationem damni dati, seú illati
in duplum teneantur. Si uerò porcus, scrofa, uel eorum generis animal damnum dederit
in pomis ficuum, nucum, pyrorum, malorum, uel glandium extrá syluam: in decem soli-
dis denariorum pro qualibet, & uice qualibet condemnetur: dum tamen pro minutis, &
lactantibus pœna dimidietur.

Rub. XLI.

De damno dato per bestiam ex transcursu, & impunitate ipsius.

NONNVNQVAM Bestiæ, ex musearum aculeis, & aliis de causis in ferocita-
te demotæ, aut fugiunt, aut transcurrunt, iuscis custodibus, seú dominis earum, & sic
absq; eorum dolo, & culpa damnum inferunt in quibus casibus, & qualibet eorum prohi
bemus, ne aliquis teneatur ad pœnam aliquam, quouis modo culpabilis apparuerit, uel
damnum præstiterit. Et q; aliqua bestia dicto modo per transcursum damnum aliquod
dederit, contrá uoluntatem custodis, uel dominí fieturæ, & credatur sacramento id allegan
tis, cuius interest, cum dicto unius tellis idonei, & bonæ famæ.

Quòd nulla animalia pasculent, neq; morentur, siue intrent stoppialia aliena,
donec bladum non fuerit indè ablatum, nec pasc. uent in dictis locis, usq; ad
kalendas Augusti, absq; licentia domini, uel possessoris.

Rub. XLII.

ITEM, statuimus, & ordinamus, & hoc ordine perpetuò uallituro sancimus, & firma-
mus, q; animalia, cuiuscunq; generis existant: nullo modo intrent, neq; pasculent in alie-
nis stoppialibus cuiuscunq; generis bladi, absq; expressa licentia domini, uel possessoris,
cum bullecta scripta, aut fabricripta manu cuiuscunq; notarii, cum subscriptione officialis,
sine mercede aliqua, cum uno teste fide digno, donec de illo, seú illis stoppialibus uniuersa
ges, seú bladum nó fuerit indè ablatum, seú in unum compositum, siue admucchiatum:
sub eadem pœna, si damnum aliquod dederint in blado nondum messo, pro qualibet ani
mali, & qualibet uice pro solo ingressu, siue transitu: & si damnum aliquod ibidem inser-
rent, nihilominus pro ipso damno condemnetur.

De damno dato cum bestiis ad palearæ, siue mucchionum palearum, uel seni. R. XLIIII.

HAc presenti lege municipali statuimus, & ordinamus, q; si quis cum bestiis cuiuscun-
que gene-

generis id damnum dederit ad alienum palearæ, siue mucchionum palearæ, seú fœni ubicunq;
erectum, compositum, & ordinatum, si cum maglolo, seú flanga in eius centro affixa, uel
saltem sepibus circundatum, uidelicet ipsum palearæ, siue mucchionum del truendo, scom
ponendo, lamando, corrodendo, nisando, uel aliter damnum dando: pro qualibet bestia,
& uice qualibet condemnetur custos, uel dominus bestiæ defectu custodis, in decé sol. den.
Si uero cum dictis bestiis damnú dederit ad aliquod mucchionum palearæ, siue fœni in pra-
to, area, uel alibi erectum, compositum, siue factum, non tamen sepibus circundatum, &
absq; maglolo, siue flangæ affixione, causa ipsum alibi reponendi, aut ex præcepto nostri
Regiminis factum, & compositum condemnetur custos bestiæ, uel dominus in defectú
custodis, pro qualibet bestia, & qualibet uice in quinq; solidis denariorum.

De impunitate damnum dantium in pratis, & hærbis guardatis, aut sepo non
ordinatè compositæ post transactum mensem Augusti. Rub. XLV.

MAlignantium calliditatibus nos reparare uolentes iuxtá posse, statuimus, & ordina
mus, q; si quis habuerit hærbam pratuam, siue hærbam guastatam in nostro territo
rio, & eam non fenauerit, & reportauerit ad domum, seú non copouerit in uno mucchio
no ordinato, per totum mensem Augusti, ad iudicium DD. Priorum, qui pro tempore e-
runt: damnum dantes pratalibus hærbis non fœnatis, siue non compositis ut supra, post
transactum dictum mensem Augusti, ad pœnam aliquam, & damni emendationem mini
mè teneantur.

De pœna facientis cansarolam, uel stroncatam, & qualiter intelligatur. R. XLVI.

ITem ordinamus, & firmamus, q; quæcunq; persona de dicta Terra, uel aliunde, si fuer-
cum, uel cansarolam fecerit per possessionem alicuius de dicta Terra, si personaliter,
per terram nó laboratam, soluat bádum duodecim denariorum si per terram laboratam,
soluat bandum duorum solidorum. Si uerò per uineam, uel hortum, siué cannetum labo
ratos, uel non laboratos, soluat bandum decem solidorum pro qualibet, & qualibet uice.
Si uerò bestiæ alicuius fecerint cansarolam per loca prædicta, soluat dominus, uel custos,
siué conductor earum duplum dictarum quantitatum pro qualibet bestia, & qualibet ui-
ce, & secundum distinctionem superius declaratam. Si uerò quis fecerit stroçatam per lo-
ca prædicta, si personaliter, & per terram non laboratam, soluat bandum duorum solidor
rum, si per terram laboratam, soluat bandum decem solidorum pro qualibet persona, &
qualibet uice. Si uerò per uineam, hortum, uel cannetum laboratos, soluat bandum decé
solidorum pro qualibet persona, & qualibet uice. Si uerò bestiæ prædictæ alicuius fecerint
stroncatam per loca prædicta si per loca non laborata, dominus, custos, uel conductor ea
rum pro qualibet bestia, & qualibet uice soluat bandum duorum solidorum denariorum:
si per terram laboratam, soluat bandum quinq; solidorum pro qualibet bestia, & qualibet
uice. Si uerò per uineam, hortum, uel cannetum laboratos, uel non laboratos soluat ban
dum decem solidorú pro qualibet bestia, & qualibet uice. Et cansarola intelligatur, si per-
sonæ, uel bestiæ iuerint per loca prædicta per duos pedes ad summum longè à uia publica,
uel priuata: á dictis uero duobus pedibus ultrá, semper intelligatur stroncata. Et de prædi
ctis, & qualibet prædictorum stetur, & credatur sacramẽto domini possessionis, uel labo
ratoris ipsius. Prædicta tamen nó intendiceret sibi locum, si uia esset taliter denata, q; per
eam persona, uel bestiæ ire non possent, in quo casu persona, & bestiæ ad bádum minimè
teneantur, de uastatione cuius uiæ sacramento duorum uicinorum stetur, & credatur.

Statutorum Ecclesiasticæ Terræ Sancti Iusti Damnorum
Datorum Liber Quartus feliciter explicit.

IN DEI NOMINE. AMEN.

MVNICIPALIVM LEGVM, AC STATVTORVM

ECCLESIASTICAE TERRAE SANCTI IVSTI,

Extraordinariorum, Libri Q uintus feliciter incipit.



De non inficiendo aliquam immunditiam in aliquam imaginem, siue Dei Ecclesiam. Rub. Prima.

VT debitam, Diuinæ clementiæ incumbentes, reddamus reuerentiam, ut teneamur: hoc ordine perpetuò ualeturo statuimus, & ordinamus, q. nemo faciat proticere, uel apponat aliquam sordem, lutum, siue immunditiam in aliqua pictura, siue Ecclesia Dei, uel anté, & propè eas, seu ipsarum aliquam, iuxtá unà cannam, sub pœna, & bando quadraginta sol. pro quolibet contrafaciente, & uice qualibet.

De non faciendo rumorem, seú exclamando propè aliquam Ecclesiam, quando celebrantur Diuina officia. Rub. II.

NE Diuinus cultus ualeat impediri statuimus, & ordinamus, q. nemo faciat rumorē, strepitum, seú tumultum uoce, uel quomodolibet in Ecclesia, uel propè aliquam Ecclesiam per spatium quatuor cannarum, dum in ea Diuina celebrantur officia, sub pœna, & bando xx. sol. den. pro quolibet cōtrafaciente, & uice qualibet, pro tali actu tantummodo soluendorū. Et D. Potestas teneatur, sub pœna decē lib. den. prædicta obseruari facere.

De grano, legumine, & aliis fructibus non extrahendis de possessionibus conductis, siue licentia domini possessionis. Rub. III.

FRaudibus obuiare uolentes statuimus, q. nullus laborator, coptumator, seú conductor alicuius possessionis audeat, uel præsumat de ipsa possessione conducta aliquod genus bladi, seú leguminis trituratum, uel nō, uuas, uinum, oliuas, ficus, linum, nec aliquos alios fructus cuiuscunq; generis extrahere, siné expressa licentia dñi possessionis, uel eius factoris: sub pena quinquaginta sol. p. quolibet contrafaciente, & uice qualibet. Et ad conseruādum indemnem patronum, siue dominum possessionis de debita fibi forte, de facto talis contrafaciens constringatur.

De uindemiis nō incohādis, antequ inducte fuerint serie propter uindemias. R. IIII.

STatuimus, q. in posterū nemo terrigena, habitator, uel forensis audeat, uel præsumat, etiam suam propriā, uel conductam uineā, neq; alias uites, situatā, uel situatas in territorio, & districtu S. Iusti, uindemiare, neq; inde uuas colligere in totū, uel in partem, causa faciendi vesperium, siue unū, prius, & antequ incipiant, & sint inductæ seriæ per uindemias, nisi habita prius in scriptis speciali licentia à DD. Potestate, & Prioribus, si fuerit dominus uineæ: si uerò fuerit laborator, siue conductor, habita licentia à prædictis DD. Potestate, & Prioribus, & etiam à proprietario uineæ, siue eius locatore. Et si quis cōtrafecerit in prædictis, uel aliquo prædictorū, puniatur p. quolibet, & uice qualibet in quinquaginta sol.

De Cœtaneis, & Circulatoribus expellendis, & pœna eorum. Rub. V.

STatuimus, & ordinamus, q. nullus cœtaneus, aut circulator recepteatur in Terra nſa, seu sui territorio, & districtu. Quòd si aliquis ex eis repertus fuerit, petendo se uelle suā artem

artem ibi exercere, uel perquirēdo aliquam rem, præter panem, uel uinum, uel aliam parui emolymam: D. Potestas teneatur, & debeat auferri facere abeo, uel eis omnia, quę per ipsum, uel ipsos extorta fuerint sub colore emolymanū, & abiata de pensari faciat inter hospitalia nostræ Terræ. Et D. Potestas, qui pro tempore fuerit, hoc facere teneatur, sub pœna unginti quinq; librarum den. pro qualibet uice, siné aliqua diminutione.

De pœna uanę deambulantis, uel spatiantis in sanctissimo die ueneris Dominicæ passionis. Rub. VI.

QVendam abusum deceptorū animarū, qui sub deuotionis pallio uigere uidetur, extirpare pro nostræ prouidentiæ studio cupientes statuimus, q. de cætero in die ueneris sancti, qua cunctis Christi fideles debent uisitare Ecclesias, eis facere elemosynas, audire officium, & præcipuè in sermone Dominicæ passionis, ac stare dolenter, modestè, absténter, & humiliter, plus q̄ in alia die anni, & à cunctis uani solatii actibus precauere non audeat, uel præsumat nugatoria, & uana, etiam per modum solatii proferre, uel cantilenam mundanam cantare, tripudiare, neq; aliud mundanum solatium facere. Et si quis contrafecerit, in decem solidis denariorum pro quolibet, & uice qualibet punitur.

De non tripudiando, siue ludendo in Ecclesia, aut extrà domum de nocte, absq; licentia. Rub. VII.

CVM domui Dei deceat sanctitudo, & nō salticudo, lasiuiaq; choreales, & ibi debeat homo pro suis peccatis lugere, gemere, & orationibus uacare: statuimus, q. de cætero nulla persona cuiuscunq; sexus in aliqua Ecclesia nostræ Terræ, eiusq; districtus tripudia re præsumat. Contrafaciens uerò puniatur pœna decem lib. den. cōi applicañ. p. quolibet, & uice qualibet. ducēs uidelicēt choreas, & quilibet puisans, siue sonans quodcunq; instrumentum, aut dicens cantilenā, in centum sol. den. puniatur, & quadibet etiam persona tripudians quadraginta sol. pena puniatur, quam integrè infrà tres dies soluere teneatur, & debeat cuius pœnæ medietas communis, & altera medietas ist Ecclesiæ, quę talem recepit iniuriam, pro eius fabrica uel paramēsis, aut aliis necessariis, absq; deductione quilibet applicetur nullaq; persona, sub dicta pœna audeat, aut debeat tripudiare de nocte, uidelicēt de ferō post tertium sonum campanæ aut etiam de manè ante diem, extrà domū, absq; licentia DD. Potestatis, Consalonerij, & Priorum, qui pro tempore erunt.

De non intendendo cantilenas, & fabulas tempore orationis, & Diuini officii. Rub. VIII.

INsuper statuimus, & ordinamus, q. nullus in platea, uel alio loco Terræ S. Iusti, & eius districtus in quibuscunq; diebus, præsertim Dominicalibus, & festiuis anté prandium, qui horæ debent omnes Christi fideles frequentare Ecclesias, & Deo altissimo præces fundere, & orationes porrigere, & non uanas, & inutiles gentibus enarrare cantilenas, aut cantare. seu referre fabulas, seu alias nugas, uidelicet de tabula rotunda, tristano, aut paladinis, uel de aliis similibus quibuscunq; & hoc sub pœna pro quolibet cantante, seu referente prædicta, uel aliquod prædictorum centum sol. den. Pro quolibet uerò astante ad prædicta precisè audiendum duorum soldorum pœna exigatur de facto.

Quòd cerimoniæ non fiant, dum ducitur sponsa. Rub. VIIII.

STatuimus, & ordinamus, q. dum ducitur sponsa ad domum mariti, & etiam postquam ducta fuerit, nemo faciat cerimonias hactenus usitatas, uidelicet proficiendo frumentum, ponendo afsidem sponam cum sponsa, nec dando hominem sub pedibus, ponendo hominem sub gremio sponsæ, mittendo pecuniam in cahulis, siue bibēdo aquam in ciatho cum anulis, neq; aliquas alias cerimonias, siue malias his similes sub pena centum soldorū denariorū pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice, ab utraq; partium exigendorum.

Quòd cęrimoniæ non fiant in sponsalitiis, & ipsorum occasione. Rub. X.

ITem statuimus, & ordinamus, q. in sponsalitiis ipsis, uel postea quandocunq; ipsorũ occasione, nullus audeat cæreum, uel cereos, seu cędelas apportare, sed pecuniam tantùm, si uoluerit, offerat ad altare: & qui cõtrafecerit, in centũ sol. den. per Rectorẽ cõdemnetur.

Quòd cæriminiæ non fiant, dum extrahitur puer, uel puella de domo. Rub. XI.

STatuimus, & ordinamus, q. dum extrahitur puer, uel puella, siuè infans de domo causa baptizandi eum in6 ponatur in rotella cum cæriminis hactenus usitatis, & aliis, sed solummodò in brachiis extrahatur, sub pęna centum solidorum pro quolibet, tàm faciens te extrahere, q; extrahente, & uice qualibet.

De bonis immobilibus mulierum nupt arum non alienandis. Rub. XII.

NE mulieres nostrates, uel habitatrices Terræ S. Iusti ualeant decipi, neq; ipsarum dotes, & bona dissipari: statuimus, & ordinamus, q. mulieres, siue dominę non possint, nec debeant uendere, neq; alienare aliquid de bonis suis stabilibus sinè expresso consensu quatuor ex proximioribus cõsanguineis ipsius mulieris, & præsentia, auctoritate, & decreto Rectoris, uel eius uicarii, ad pęnam quinquaginta ducatorũ cuius pœnæ medietas applicetur Reuerendæ Camerę Apostolicæ, & alia medietas communi Sancti Iusti: & nihil hominis uendito aliter facta non ualeat, neq; teneat quo quo modo.

De pœna alienantis rem immobilem alicui forensi non subiecto communi S. Iusti. Rub. XIII.

STatuimus, & ordinamus, q. nullus terrigena, uel habitator Terræ S. Iusti, seu alius qui uenerit, uel præsumat quacunq; ratione, uel causa, & quocunq; titulo uendere, alienare, cõcedere, uel transferre inter uiuos, seu in ultima uolũtate, uel aliter quomodocunq; & qualitercũq; aliquam rem immobilem sitam in Terra S. Iusti, cuiusq; territorio, & districtu, in aliquem forensem, uel nõ subiectum nostræ iurisdictioni, seu in eum, qui per D. Potestatem realiter, & personaliter constringi, & compelli non possit ad onera collectarum, uel alia sustinenda realia, & personalia sub pœna uigintiquinq; ducatorũ: & nihilominus omnis contractus, ultima uolũtas, & dispositio sit ipso iure nulla, & res cõ S. Iusti applicetur, & pretium pro dicta re habitum, & receptum, sinè licentia, & consensu concilij generalis dictæ Terræ S. Iusti. Et hoc locum non habeat in filiis, & filiabus, nepotibus, & neptibus, & aliis consanguineis, usq; in tertium gradum.

De non alienando alicui forensi possessiones propè confinia. Rub. XIIII.

STatuimus, & ordinamus, q. nullus de Terra S. Iusti, uel alius quicũq; habitãs, uel possidens aliquam possessionem, uel terrenum propè confinia territorij S. Iusti infrà medij miliare, audeat, uel præsumat uendere, donare, cedere, uel concedere, seu per quemcunq; contractum, uel quasi, testamentum, codicillum, uel ultimam uoluntatem, seu aliter quomodolibet alienare possessionem, & terrenum huiusmodi alicui forensi, seu non habitatori, & terrigenæ S. Iusti sub pœna quinquaginta libr. den. pro quolibet, & qualibet uice, qua fuerit contrafactum, tàm alienanti, q. ei, in quem fit alienatio: & nihilominus uenditio, donatio, cessio, concessio, contractus, siuè testamentum, codicillum, seu ultima uolontas, & omnis dispositio sit ipso iure nulla, & nullius efficaciæ, & momenti. Si quis uerò forensis, seu non habitator, uel nõ terrigena Terræ S. Iusti ab intestato succederet alicui in possessionem, & terrenũ huiusmodi teneatur, & debeat infrà terminum unius mensis post possessionem, & terrenum huiusmodi accatastare, & describi facere in catasto cõs S. Iusti, & dare id ad eum fideiussorem terrigenam, uel habitatorem dictæ Terræ S. Iusti de soluendo, & supportando onera collectarum, & alia, quæ pro rebus huiusmodi in dicto communi

ueniunt supportanda aliàs nostro cõi S. Iusti applicetur, & confiscetur: & insuper nullus possessionem, & terrenum huiusmodi audeat, uel præsumat ad habendum, seu eo prumum dare alicui nõ habitatori tam diuerter in dicta Terra S. Iusti, sinè licentia DD. Potestatis, & Priorum, sub pœna. x. lib. den. pro quolibet cõtrafacientę, & uice qualibet de facto exigẽda.

Quòd omnes habitantes diuisim teneantur ad omnia obsequia facienda, & extimationes eorum seribantur. Rub. XV.

STatuimus, & ordinamus, q. omnes, & singuli bona cõia diuidentes, uel diuisim habitãtes, uel q. sint sui iuris, aut in patria potestate, uel quocunq; modo, & forma diuisim habitarent, & ad omnia obsequia realia, & personalia teneantur, & ipsi, & eorum bonis extimationes in catasto, & cartutijs fumantium singulariter ascribantur, & ad hoc faciendũ per nostrum Rectorem, qui pro tempore fuerit, summariè compellantur, secundùm formam statuti positi sub rubr. de his, qui diuisi sunt à consortibus, uel à patribus.

Quòd ratione collectarum ianuæ non claudantur. Rub. XVI.

NE Obedientes pro inobedientibus detrimenta ualeant supportare, hac municipali sanctione statuimus, & ordinamus, q. ratione collectę exigendę, ianuę non claudantur, ut bene6 soluentes liberum suum habeant ităr in exeundo, & intrãdo ad ipsorum beneplacitum, & male soluentes, siuè soluere negligentes pignorentur, aut in palatio personali ter constringantur ad soluendum communi debitam ratam suæ collectæ: & D. Potestas contrafaciens, pro quolibet uice incurrat pœnam centum solidorum denariorum.

Quòd nullus uendat, nec emat granũ cauta reuendendi, uel incanendi. Rub. XVII.

NIsuper statuimus, & ordinamus, q. nullus terrigena, seu habitator Terræ S. Iusti, uel forensis audeat, uel præsumat tacitè, uel expressè per se, uel aliũ, directè, uel indirectè emere aliquam frumenti, seu bladi cuiuscunq; generis quantitatem in Terra S. Iusti, & eius districtu, causa reuendendi, seu etiam incanciandi uel de dicta Terra, & eius territorio, & districtu extrahẽdi, sinè expressa licentia in scriptis cõcilij generalis, sub pœna uigintiquinq; lib. den. & de perditionis bestiæ, & salmæ, si super bestia eam exportauerit extrà Terram per tractum balistæ, uel ultrà, singula singulis, &c. & tam D. Potestati, & eius officialibus, & tractum balistæ, uel ultrà, singula singulis, &c. & tam D. Potestati, & eius officialibus, & familiæ, q. alteri cuicunq; repertos frumentum, & bladum huiusmodi deportare extrà Terram, & territorium Sancti Iusti, cui supra dictum est, licet reducere ad palatium D. Potestatis, & talis reperiens, & reducens habeat quartam partem pœnæ prædictæ.

Quòd porci, & capræ non uadant sinè custode per Terram. Rub. XVIII.

AD obuiandum damnis, quæ porci solent inferre statuimus, & ordinamus, q. nulla persona terrigena, uel habitatrix Terræ S. Iusti audeat, uel præsumat animalia porcina propria, uel conducta cuiuscunq; ætatis permittere ire diligarа, & sinè custode intrà Terram, & per Terram S. Iusti, sed ipsa animalia teneantur includa in domo, ita q. non ua dant extrà domum sinè custode, sub pœna quinq; pro quolibet porco, porca, uel scrofa, & uice qualibet, auferendorũ illi, uel illis, cuius, uel quorum fuerit porcus, porca, seu scrofa. Et hoc idem intelligatur, & obseruetur in capra, uel hyrco: & simili pœna puniatur.

De non emendo animal, uel rem prędatam post bandimentum. Rub. XIX.

STatuimus item, q. si cõtigerit fieri per Terrã S. Iusti bandimentũ, q. nullus emat, neq; emi faciat per se, uel aliũ aliquod animal, seu rem prędatam, uel prædati, & dãs animalia, uel rei p. dictę petierit sibi dictũ animal, seu rem reddi, cogatur dictus emẽs de facto dictũ animal, seu rem reddere patrono reperenti, cui ablatũ fuit animal, uel res, uel eius certo nũcio, & pretium eius perdat ad quod D. Potestas, sub pena uigintiquinq; librarum den. cogere teneatur, & debeat de facto dictum ementem, seu ementes ad prædicta obseruanda.

LIBRERIA OFFICIAL

De ponderibus, & mensuris per Syndicum retinendis. Rub. XX.

STatuimus, & ordinamus, q. Cómune nostrum habeat, & habere debeat unum rubũ, siue pondus triginta quinq; librarũ, unum marchum, unam stateram, unam bozzettã, cuius bozzettæ quatuor mensuræ ralæ constituant salmam, unum buttinellũ, cuius butti nelli octo mensuræ rasæ constituant salmam, unum quartũ, cuius quarti sexdecim mensuræ rasæ constituant salmam, unum metrũ olearium, unum buccale, unũ medium, unã sogliettam, ad mensuram antiquã nostri cõis, & salma uini cõstituatur ex quadraginta octo pottatis siue bucealis, Quæ pondera, & mensuras uolumus, & mandamus penes Syndicũ generalẽ nostri cõis, qui pro tempore erit, continuo existere, Et nullus q; cumq; emptor, uel uẽditor, uel aliàs contrahentes, ad dicta pondera res ponderabiles debeat ponderare, & ad dictam mensurã res mensurabiles debeat mensurare. Qui Syndicus teneatur, & debeat ipsas mensuras, & pondera mutuare, cum cautela de rehabendo, omnibus uolentibus mensurare, uel ponderare, & à forensibus tamen accipiat, & accipere teneatur pro cõi pro quali bet re ponderata, uel mensurata, cũ ipsis ponderibus, & mensuris, sui aliqua earũ, uidelicet ẽ talis res, siue res, uel rerũ quantitas fuerit ualoris unius ducati, uel ab inde infrà quatuor denar. Si fuerit ualoris ab uno ducato suprà, usq; ad quinq; ducatos inclusiue duodecim denã. Si uero fuerit ualoris à quinq; ducatis suprà, usq; ad uiginti ducatos inclusiue, bonoñ. unum. Si uero fuerit ualoris à uiginti ducatis suprà, usq; ad quinquaginta ducatos inclusiuẽ bonoñ. duos. Si fuerit ualoris à quinquaginta ducatis suprà, usq; ad centũ ducatos inclusiue bonoñ, sex. Si fuerit ualoris à cẽtum ducatis suprà, usq; in infinitũ bonoñ. uiginti. Et à terrigenis, & habitatoribus nostris recipiat dimidiã dictæ solutionis, fm distinctiõnẽ superiùs traditam. Et dicte solutiones fiant ab utraq; parte, fcilicẽt uenditorũ, & emptorũ, uel aliter contrahentium, pro rata, fm distinctionem suprædictã: ita q; ex quatuor denariis soluendis pro re ualoris unius ducati ob mensurã, siue pondus faciũt inter forenſem, & terrigenam, forensis soluat duos denarios, & terrigena, seu habitator soluat unũ denarũ, & sic de singulis. Statuimus etiã, q; in pede Turris cõis sit affixus unus passus ferreus, & unus pes ferreus, & etiã cupporũ, & lateris, siue matonorũ, & etiã planellarũ, & hæc mensurarũ cotpiam ibidem gratis quilibet habere possit. Nisi ẽ dictum ẽ de habitat, & habere debeat in platea cõis in loco eminẽti situtũ, & affixũ unũ buttinellũ, siue mensurã, q; mẽ surando oluas, cuius buttinelli septẽ tantùm mẽsuræ rasæ faciant salmã cluasũ, & nihilominus cuilibet liceat habere proprias mẽsuras, & pẽdera, ad exemplũ prædictũ, ẽ impressione tamen bullæ nñ cõis, & cõ ipsis mensurare, & ponderare, sinẽ pena. Et Rector prædicta bandiri facere teneatur, vinculo iuramenti, in principio sui offitij, & qui contrafecerit, aliter mensurando, ponderat, p quolibet, & qualibet uice in uiginti solidẽ. & nihilominus ad has mensuras, & pondera constringatur, ac si cũ eis mensurãti, siue ponderãti fuisset.

De animalibus quadrupedibus non uendendis in platea communis. Rub. XXI

OB laudabilem urbanitatẽ seruandã, statuimus q. nemo possit, uel debeat retinere in platea cõis S. Iusti die Dominico, uel aliqua alia die causa uendendi, uel in strata publica, qua tẽditur à porta plebis, usq; ad portã Mosæ boues, uaccbas, equas, asinos, asinas, mulos, mulas, porcos, porcas, scrofas, capras, pecudes, uel alia animalia quadrupeda cuiuscunq; generis, sub pena xx. sol. pro quolibet contrafacientẽ, & qualibet uice exceptis hedis, siue capretis & suibus lactantibus, a q; cordichis, & leporibus, quos, & quas retinere cuilibet liceat causa uendendi in dictis platea, & strata, sub pena & q. dictum emptorium soluti fiat extrà portam Mosæ.

Quòd non proiiciatur laramen ad muros, seu scarpas, uel propè ianuas, siue portas communis. Rub. XXII.

STatuimus, & ordinamus q. nemo laramen, cineratam, uel aliam immunditiã audeat, uel præsumat proiicere à fenestris, uel aliundè ad muros, ripas, scarpas, siue foueas, aut fossa, ianuas, siue portas cõis in aliqua parte, nec; propè per unã cannã. Et qui cõtrafecerit, soluat bandũ xx. sol. pro quolibet, & qualibet uice, & nihilominus id, quod proiecerit, teneatur, & debeat delere, & exportare infrà terminũ ei assignan. p D. Potestat, uel eius uicariũ, & quilibet admittatur ad accusandũ, & denunciandũ, & fletur dicto unius testis bonę fame.

Quòd habens uerfatorium, siue fedile, non inferat uicino fœtorem, seu immundiciam. Rub. XXIII.

INoper statuimus q. habẽs uerfatoriũ, aquariũ, fedile, seu necessariũ, aut aliquod ipsorũ iuxta fũi tenueritui retinere, & debeat ipsis, & quolibet eorũ, uti, q. ex inde alicui suo cõuicino, uel ralibus inibus aliquã fœtor, immunditiã, uel impedimentũ nõ inferat, nec immũditiam in alieno loco proiiciat, sub pœna, & bando xl. sol. pro quolibet, & qualibet uice.

De pœna facientis cenum, seu lutum intrà Tertam S. Iusti. Rub. XXIIII.

STatuimus etiã, q. facientes, uel proiicientes fimũ, siue letamen, uel qualibet alã immũditiã intrà Tertam S. Iusti in uiis, siue stratis, & in platea publica, siue porticibus in quinq; sol. den. pro quolibet cõtrafaciente, & qualibet uice guniatur, & nihilominus qui illoc, & in talibus locis immundiciam, & sordem fecerint, proiecerint, uel tenuerint ad delendam, & removendam eam per Rectorem de facto remedijs opportunis compellatur.

De pœna proiicientium per fenestras, uel aliundè aquam, brodam, uel aliam rem sordidam. Rub. XXV.

DE alto ab aliqua fenestra, uel undelibet nemo brodam, uel aliud immundũ proiiciat in uiam, seu stratam publicã, uel plateam cõis, Cõtrafaciens, si hominẽ detupauerit, uel undè in hominem proiecerit in quinquaginta sol. den. puniatur, & damnũ, si quod inde fuerit, emẽdet: si tantùm in uiam publicam, siue plateã fuerit sordẽ, in quinq; sol. puniatur, tulerit, emẽdet: si tantùm in uiam publicam, siue plateã fuerit sordẽ, in quinq; sol. puniatur.

Quòd nullus audeat proiicere aliquod animal mortuũ infrà certa cõfinia. R. XXVI.

